



6
18 N
5


Z:7.

6–21633

PARTHENIUS PÆAN

PER ARGUMENTA

IN OCTO ELEGIACIS CANTICIS.







IMMACULATÆ DEI MATRIS
MARIÆ
A' PRIMO INSTANTI SUÆ CONCEPTIONIS.
PARTHENIUS PÆAN
Per argumenta in octo Elegiacis Canticis
MARIANNÆ VICTORIÆ,
PORTUGALLIÆ, ET ALGARBIORUM
Reginæ Fidelissimæ

CONSECRATUS

Sub umbra

EMINENTISSIMI, AC REVERENDISSIMI PRINCIPIS
D. THOMÆ DE ALMEIDA,
Amplissimi S. R. E. Cardinalis, Patriarchæ Primi Lisbonensis

AUCTORE

DOMINICO MARIA VACCARI,

Christi Militiæ Equite, & à Secretis Eminentiæ Suæ.








ULYSSIPONE,
(72) Apud FRANCISCUM LUDOVICUM AMENO, Congregationis Camerariæ S. L. E. Typographum.

M. DCC. LII.
Cum facultate Superiorum.



SACRA REGIA MAJESTAS FIDELISSIMA.







Uid pro MARIA intelligitur, nisi Domina, pro ANNA, nisi Gratia, pro VICTORIA, nisi Conceptio triumphans? Hæc felix hæc

 adoran-

adoranda complexio, **REGINA CLEMENTISSIMA**, *tuum Augustissimum Nomen composuit, proprias continens dignitates uni Illibatæ Deiparæ ex Divina præservatione attributas: Tuæ itaque Fidelissimæ Majestati unicè competit, tibi soli debetur, ut tuus, hic sacer Parthenius Pæan, informis equidem partus religiosi obsequii mei, sed ab umbra benefica animatus amplissimi Cardinalis Patriarchæ studiosissimi* IMMACULATÆ CONCEPTIONIS *cultoris. Sanè sub hoc titulo Patrona est Lusitani Imperii* MARIA *Virgo, nec non & Domina acclamata. Tu verò pro ipsa, ac per ipsam es Dominatrix, ac Domina; unde vicissim gloriæ tuæ ac muneris est pro* IMMACULATA *prodire, cujus Tu vices geris, exprimis nomen, & omen habes. Spe ducor gratam tibi fore tanti propositi, licèt incompti Opusculi, magnificentiam, nec ullo metu me ingenitâ clementiâ tuâ fretum imperitia mea afficit. Ignobiles etiam rivuli Oceanum petunt, & in immenso Amphitritis sinu excipiuntur. Respice munusculum igitur, Regina Piissima; suppleat, ut tui moris est, regalis tua magnanimitas, suppleat avita pietas, Fidelissimique Regis tui Conjugis, pro quorum perenni incolumitate tenetur ipsa Illibata Christipara, clamat supplex Lusitania, easdemque preces, ac vota prosequitur qui ad tuum Regium Solium humillimè procidit.*

Dominicus Maria Vaccari.

PRÆ-



EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO
Principi Domino meo Clementissimo

D. THOMÆ DE ALMEIDA,

Amplissimo S. R. E. Cardinali, Patriarchæ Primo Lisbonensi,

IN OBSEQUII TESSERAM.



ECENAS *atavis Magnatibus edite Lusis,*
Qui regis & Lusas, Maxime Pastor, oves,
Almæ Urbis, quin Orbis amor, præstantior Atlas
Christiparæ, exemplis, relligione, fide,

THO-

THOMA excelse, tuam liber ecce peractus ad umbram,
Est levis ut parvus, sed grave pondus habet.

Profuit oh quantum mihi, Princeps optime, servo
Annorum series hæc duodena tuo!

Quippe tuis didici exemplis hoc tempore, quantum
Immaculata Dei sit celebranda Parens.

Auspice te, inceptos cantus tua facta coronant;
Perficit, ut cœpit, sic tua viva fides;

Cana fides, ut avita, gravique ætate refulgens,
Quæ stabili in MARIAM firmat amore gregem.

Te sibi, te nobis hinc Parthenis ipsa tuetur,
Cum te immortalem publica vota petunt.

Lysia sic clamat, dandi est tua namque voluntas
Cuique suum munus, jus, meritumque decus.

Totaque mens MARIÆ est, nempe ut Pastoris amantis,
Qui regit æquus oves; & sapienter alit.

Cor, Pater alme, tuum; tua mens supereminet omnes:
Inclyta judicii quis neget acta tui?

Ecclesia, quæ est prima in Urbe Lisbonensi Divæ Elisabethæ Portugalliæ Reginæ dicata.

Magnanimi quis & esse neget cor Principis? Æde
Per te in magnifica debet Elisa coli:

Ædibus antiquis oh quam magis æstimat ipsa
Hanc sacram, quæ nunc conditur ære tuo;

Aquæ ductus pro incolis Oppidi nuncupati *do Tojal*.

Ære tuo, populo sitiente, è fonte remoto
Pura per extructos ducitur unda tubos;

Prædium emptum cum fonte salutifero in loco, *Alhandra* nuncupato, pro publica utilitate.

Ære tuo ruremque emptum cum fonte salubri
Das, ubi gens nocuis ægra gemebat aquis.

Nova augusta via ad oram maris in loco *Marvilla* nuncupato.

Ad mare & ampla tuis via sumptibus acta superbit,
Quà modo præcipitans gentis abyssus erat.

Palatium in loco *do Tojal* Ecclesiæ contiguum præter aliud adhuc perficiendum. Palatium Marvillense.

Hæc bona pro populo: Nec structa palatia per te
Pro successuris prætereunda puto.

Quot

Quot tua pro templis ſacræ aurea dona ſtruendis
Accepêre domus ? Omnibus omnis ades.

Non niſi per MARIÆ impulſus tua dextra movetur,
Nam paupertatis protegis omne genus.

Paſtoremque, Patremque ſuum, te grata ſalutat
Lyſia, & ingeminant dives, inopſque ſonos;

Experiuntur opemque tuam, tum carcere preſſi,
Tum mendicâ omnes Religione domus;

Tum mulier viduata viro, tum orbata parente
Progenies, triſtes, invalidique ſenes;

Virgineique Chori, muris quos continet arctis
Unius intactæ Virginitatis amor:

Sedis Apoſtolicæ columen, fidèique columnam
Te celebrat, Chriſti qui gerit ipſe vices.

Per Epiſtolam Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Benedicti XIV. ſub die 25 Februarii 1752 miſſam ad Emin. Suam.

Ah ſi vox, calamuſve tuas vult promere laudes,
Deficit ad laudes vox, calamuſque tuas.

Quis non deficeret ? Virtutum copia tanta eſt,
Ut per ſe tantum ſit potis ipſa loqui ?

Felix PARTHENIUS PÆAN! Felicior Auctor!
Qui vates MARIÆ, qui tibi ſervus adeſt.

Dominicus Maria Vaccari.

** PRÆ-



PRÆFATIO.



ME verè arduam aſſumpſiſſe provinciam mihi aſſentiri ex æquo deberes, Piiſſime Lector; quid enim difficilius captu, quid mente laborioſius poteſt excogitari, quàm tam ſublimis myſterii, Immaculatæ ſcilicet Conceptionis Deiparæ Dominæ Noſtræ, indaginem abſque ulla Scripturarum expreſſa mentione probare velle, & intra breviſſimum elegiaci carminis ambitum argumenta coarctare? Nihilominus IMMACULATÆ nomine, & afflatu enixè implorato, libentiſſimè ſuum hoc opus ſuſcepi, maximum quidem opus ex prope Divinâ propoſiti excellentiâ; Opuſculum verò ob Auctoris inſcitiam, & ex voluminis parvitate. Sanè nihil facilius eſt, nec propius, quàm per ſolutam orationem argumenta poſſe exarari, ut mos eſt communis, & ampla volumina componendi, ſed quemadmodum ſacro ex eloquio colligitur Nomen Dei cum Cantico [1] exaltandum fore, ita & laudandam ejus Almam Genitri-

[1] Pſalm.68.31.

cem, ac propugnandam censui, etiamsi ad rationes explanandas quamplurimæ difficultates per hunc laconismum numeris, seu pedibus vinctum nequaquam desint. Hæc itaque sic elaborata octo Cantica, uti *Canticum* [2] *novum carmen* ***Deo*** *nostro*, ejusque Matri Augustissimæ cecini ad maiorem Divinæ Maternitatis gloriam, honoremque debitum benedicto Filio suo JESU Christo Domino nostro, ut Orthodoxis in cordibus hilariter repercutiantur hæ voces, moreque poetico, & delectent, & prosint.

Attamen nec fabulas, nec fictiones poeticas hîc invenies, exceptis nonnullis vocabulis pro consonantia metrica tolerandis, ut pariter in Hymnis Ecclesiasticis leguntur, hujusmodi nimirum argumentum tam sanctum, tam divinum, tam verax nec falsis erat astruendum hypothesibus, nec mendaciis exornandum. In probationibus summoperè curavi, ac studui unà cum partium veritate conclusionum fidelitatem servare, nec non & omnem, quæ fieri poterat, poeseos venustatem materiæ gravitati conjungere.

Ob sacrorum librorum silentium non nisi cum adductis sententiis Sanctorum Patrum, aliorumque probatissimorum Ecclesiæ Virorum hæc corroborata sunt argumenta: Quam plurimas variis à Collectoribus desumpti, sed abundè me illis præmunivit loculentus Strozzi ex ejus opere Italicè scripto, & Panormi edito an. 1703. sub titulo: *Controversia della Concezione della B. Vergine MARIA descritta istoricamente dal P. Tommaso*

(2) Psalm. 39. 4.

maſo Strozzi della Compagnia di GESU, *ſeconda edizione*: præter alias à me, ut flores è pulcherrimo viridario ſelectos, tum ex celeberrimo Luſitano libro, qui inſcribitur: *Eva*, *e Ave*, Auctore Antonio de Souſa Macedo, tum ex elegantiſſimo opuſculo Patris Sebaſtiani de Novaes Soc. JESU, nuncupato *Lilium inter Spinas*; & tandem quamplures ex innumeris, quas ſtudiosè, ſed inordinatè accumulavit Poeta pius, ac ingenioſus Joſeph Soares da Silva, inſigniſque Socius Regiæ Academiæ Lisbonenſis ſuo in *Diario Metrico*, idiomate Hiſpano edito.

Nec ulli ſit tibi admirationi, me ex hiſce noſtris Scriptoribus neglexiſſe duas aſſertiones ab eis allegatas, ut evidentiores; illam ſcilicet Tabularum [3] Granatenſium, quæ Montis Sancti in antro Granatæ, ut aſſertum fuit, repertæ fuere Arabicis litteris ſcriptæ, & conſtant duodeviginti libris, ut ex verſione Romana, auctoribus ſuppoſitis S S. Cteſiphonte, & Cecilio Apoſtolorum diſcipulis, quorum primus liber titulum habet: *De fidei fundamentis*: & alteram, quæ revelationum eſt, ſeu raptuum [4] Ven. vel B. Amadei inclyti noſtri Luſitani Amadeitarum Fundatoris. Non eis certè innotuit, nec adhuc poterat innoteſcere Tabularum condemnatio ab Innocentio XI. [5] lata multò poſt tempora dictorum Macedo, & De Novaes, nec minus ipſi dubitationem præviderent poſterius ſenſim exortam de raptuum Amadei veritate in Sapientum Republica, qui eos, ut apocryphos [6] habuere, do-

(3) Hiſt. Strozzi lib. 8. cap. 16.
(4) Idem Strozzi lib. 7. cap. 14.
(5) Idem lib. 8. cap. 17.
(6) Idem lib. 7. cap. 14.

dolosèque molitos eo tempore, quo vehementius dissentiones scholasticæ agitabantur, ut perspicuè patet ex historica utriusque casus narratione per supradictum Strozzi; præterquamquod, ut ipse sapienter [7] ait, ubi redundantia testificationum habetur securarum, dubiæ minimè prosunt, quin potius nocent, & ex ipsis aliarum fides infirmatur.

Antequam Canticorum lectionem aggrediaris, aliquam tibi de eorum contextu præviam dare notitiam vellem, quapropter ipsorum sequentem ordinem tibi exhibeo.

1 Ex argumentis fortissimis, quæ in eo continentur, præcipuè notanda sunt, quæ Joannes Duns Scotus ex sacro Ordine Seraphico publicè defenderat pro Conceptione illibata B. MARIÆ Virginis in Academia Parisiensi circa an. 1308. [quamtumvis ab Auctore gravi, & recentiori hujusmodi factum negatum sit] *Natalis Alexander in selectis histor. Eccles. ad sæculum XIII. & XIV. pag. 586.* [sed pro tuâ instructionè responsum præcitati P. Strozzi tibi offerre mihi visum est, [8] Et post hæc aggredimur

(7) *Idem lib. 2. cap. 17. verbis sequentibus* = Alcuni recano qui gl'elogi dati da chiascheduno de gl' Apostoli a Maria, mentre assistevano alle sue essequie, in cui son replicate espressioni della purità immacolata di Lei, e dell'immunità d'ogni colpa, anco dall'originale. Ma perperchè non leggonsi altrove, che nelle revelazioni del B. Amadeo, e queste han molti caratteri, che le rendono a ragione sospette di falsità, mi astengo a bello studio di riferirle, mentre in abbondanza di testimonianze sicure, le dubbie non giovano, ma danneggiano, perchè infermano la fede anche dell'altre.

(8) Quanto si è qui narrato della publica disputazione di Scotò, alle narici di un moderno Critico non hà dato odore di vera istoria; Ond'è, che . . . . dopo quatro secoli l'hà francamente publicato per favola, in un de suoi libri riposti, non ha molto nell'indice de proibiti. Ciò non mi hà rimosso punto dal riferirlo; sì perchè veggo, che nè critici, di cui troppo è cresciuto lo stuolo, e l'ardire, la parzialità degli affetti distempera sovente il cervello, e gli altera l'odorato, ond'è, che il medesimo oggetto ad altri dà odor di vero, ad altri di falso per vizio della potenza, che lo fiuta. Si an-

dimur talem quamdam æqualitatem temporalis vitæ inter JESUM, & MARIAM ponderare, ut merito inferenda ſit immunitas originalis culpæ in Matre per gratiam, quæ erat in Filio per naturam.

2 Quemadmodum à quacumque Naturali lege fuerat alma Deipara excepta, ita eam à lege Originalis peccati exceptam credendam eſſe probatur, nec ullo modo comprehenſam in Pauli ſententia: *Omnes in Adam peccaverunt.* Probatur & per litterale anagramma puriſſimum hujus Texti, quod ipſam Deiparam abſolutè excipit, & per alia nonnulla exempla, ac rationes, ex quibus evidentes conſequentiæ pro illibata Conceptione deducuntur.

3 Ex quibuſdam dictis ſacræ Scripturæ referuntur quamplures inductiones, quæ pendent, & Conceptioni congruunt Immaculatæ, cujus arcanùm à Deo ſibi fuit reſervatum, ut per appoſitas ratiocinationes ſit evidens noſtræ fidei, & credatur. Eadem Virgo non niſi per fidem concepit Chriſ-

ancora, perchè gli argomenti, ch'egli ne reca, non baſtano a ſnervar la forza della tradizione, e della fama, che l'han ſoſtenuto per quattrocento anni, ed'à noi traſmeſſo.

Et inferius prope finem.

Sicche la verità del racconto non ſol viene autenticata dalla penna del Buſtis, ma dall'autorità d'un Pontifice (*Bernard. de Buſtis in Offic. Concep. lect.* 4. *anprobato à Papa Siſto IV.*, *impreſſo Argentina an.* 1468, *& ann.* 1502, *& Lugduni an.* 1502.) E quindi è, che gli autori, ò Franceſcani, ò di altri Ordini, che dipoi hanno ſcritto, tutti l'ammettono; de quali mi baſta annoverar ſolamente Errico Spondano Iſtorico della Chieſa, que lo regiſtra ne ſuoi Annali: (*Henricus Spondanus in Annali ad ann.* 1308.) Onde non può non condannarſi l'ardire del noſtro Critico, il quale, come fù detto di Saule, alza la mano contro tutti, e dà per male awiſati, ò loſchi tutti quelli, che han viſto quel, che non è paruto a gli occhi ſuoi di vedere: forſe perche la parzialità gli avea fatto ombra ad oſcurarlo. *Et præter dictum Strozzi narratur dilucidè hoc factum ab Antonio de Souſa Macedo, qui quamplures Scriptores probatæ fidei, ac auctoritatis, & intra, & extra Ordinem Seraphicum refert in lib. Eva, & Ave, part.* 20. *cap.* 15.

Chriſtum. Per fidei verò defectum Zacharias loquelam amiſit, quam inde per fidem tantummodò recuperavit. Mirabiles narrantur caſus, quibus propitiam, & gratam ſe præbuit alma Virgo erga ejus puræ Conceptionis defenſores, & in adverſos indignatam. Denique ab ipſorum calumnia vindicamus mentem Divi Thomæ, rectam ejus doctrinæ intentionem, & innocentiam, honoremque ſacri Ordinis Prædicatorum, qui quamplurimos illibati MARIÆ Conceptus produxit præclariſſimos aſſertores.

4 Probatur Immaculata Conceptio per plurium Conciliorum ſenſum, vota Patrum, uſumque veterem, nec non & per quorumdam Hæreticorum, & Infidelium exempla, qui à pia ſententia non aberrarunt. Contra ſenſum invehimur Doctoris Michaelis Bay concludentibus argumentis. Sequitur fortiſſimum argumentum Divinæ præſcientiæ ab æterno ad honorem, & gloriam propriam Dei. Sequitur, juxta ſenſum Divi Ambroſii, quàm diſtincta, & diverſa ſit noſtra fides à lege, ac per conſequens qualis, & quanta fides ſit Divinis Myſteriis præſtanda, ita ut ſemper à nobis ſit Deus deprecandus pro ejuſdem fidei incremento, juxta dictum Apoſtolorum: Et ideo quæcumque hæſitatio ſit evitanda, quæ in fidei diminutionem vergat. Sequitur, quàm fortiter ſimilis hæſitatio, & ambiguitas à Chriſto Domino increpata fuerit Diſcipulis ſuis. Ac proſtremò hujuſmodi fide eſſe credendum, Deum ab æterno præſervaſſe B. MARIAM Virginem, ut dignam ſuam Genitricem, à lege

pec-

peccati, ad cujus Myſterii favorem intelligenda ſunt verba D. Pauli: *Non ſicut delictum, ita & donum &c.* [*ad Roman.* 5. 15.] Juxta theſes publicas in Hiſpaniis propugnatas, & à quamplu ribus viris doctiſſimis approbatas.

5 Oſtenditur, quod ſi creditur potuiſſe Virginem parere, & Virginem permanere, neceſſariò credendum eſt eam à Deo præſervatam fuiſſe ab originalis peccati labe. Ex hiſce duobus effectibus unus alium conſequitur, nam ſequi non potuiſſet virginalis partus, niſi præceſſiſſet immaculata Conceptio, quia ex lege peccati factum eſt non integram mulierem manere potuiſſe, nec incorruptam, quæcumque fuiſſet genitrix; ſed hæc exceptio ſolummodò convénit Deiparæ, quæ de Spiritu Sancto concepit. Nec intelligenda ſunt Divina Myſteria ſecundum exteriorem rerum apparentiam. Et ad evidentiam probandam illibatæ Conceptionis præfatæ Deiparæ concluditur per acceptationem hujus Myſterii per omnes Orthodoxas Eccleſias, & potiſſimum per Romanam, quæ omnium eſt mater, & caput, feſtorum celebrationem, & univerſales cultus, qui dicto Myſterio conſecrantur, adeo ut juxta conſtantem Doctorum opinionem ſufficiant ii cultus ad hujus fidei ſtabilitatem, nec jam ſit neceſſarium dogma expreſſum, nec pro ipſo definitio Pontificia; nihilominus pro coronide, ut fas eſt, Summi Pontificis auctoritas imploratur, ut ad maiorem MARIÆ gloriam, & novos cultus promovendos hoc ſacrum myſterium ex Cathedra definiatur.

6 Explanatur Canticum B. MARIÆ Virginis, *Lucæ cap.* 1., ex quo plura deducuntur argumenta pro ejus Conceptione Immaculata.

7 Quamplurima ſymbola, & figuræ continentur ex Sacra Scriptura collectæ, quæ ad illibatum Deiparæ Conceptum referuntur & ampliſſimè commendato Santiſſimo MARIÆ nomine, finis Cantico imponitur.

8 Hiſtoricè agitur de diverſis Regnis, Dominiis, ac Populis, qui invocato nomine immaculatè Conceptæ Dei Matris, ejus auxilium extremis in calamitatibus experti ſunt, alii præliorum victorias reportantes, alii à flagro peſtis liberati, nonnullique à morbis ſanati; incolumes omnes ab imminentibus libertatis, & vitæ periculis. Sequitur de proſpera, ac inexpectata Luſitani Regni reverſione ad Reges ſuos, quæ contigit initio Decembris anno Domini 1640. meritò attribuenda maximæ religioni nòn ſolùm acclamati Regis, ſed totius hujus Regni erga Conceptionem Immaculatam, in cujus novendiali ſacro hujuſmodi admirandus caſus evènit, quam eamdem maximam pietatem, ſummumque cultum enixè proſecuti, profeſſique ſunt ſucceſſores Reges uſque ad præſentem Fideliſſimum Joſephum Primum feliciter regnantem. Denique commendatur præclariſſima hæreditaria illa viva fides, quæ notiſſima eſt Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Cardinalis Patriarchæ D. D. Thomæ de Almeida, ejuſque Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſimæ Domus Comitum de Avintes erga illibatæ Conceptionis Myſterium. Et poſ-

poſtremò alloquiis noviſſimis, ad Sanctiſſimam Dei Matrem, & noſtram, inſertis quibuſdam diſticis duorum veterum Patrum, emiſſiſque votis, ac precibus pro perenni optimi Paſtoris, Eccleſiæque Lisbonenſis, Luſitani Regni, ac Fideliſſimarum Majeſtatum felicitate cantica concluduntur.

Tandem, piiſſime Lector, cum de Divinis operibus agitur, fatendum eſt cum magno [9] Leone, quod excedit, multumque ſupereminet humani eloquii facultatem ipſorum operum magnitudo, & niſi fides credat, ſermo non explicat. Et tamen, ut aſſerit Auguſtinus, [10] nos humi repentes, infirmi, & vix ullius momenti inter homines, audemus tractare iſta, & iſta exponere; & putamus nos aut capere poſſe, cum cogitamus, aut capi, dum dicimus. Sed licitè audemus, quæ enim abſcondit Deus à ſapientibus, [11] ſolet parvulis revelare.

(9) S. Leo Papa, Serm. 9. de Nativit. Domini.

(10) D. Auguſt. In Joan. ex tract. 36.

(11) Matth. 11. 25.

Turris

Turris Davidica ædificata cum propugnaculis, ex qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium. Cant. cap. 4. 4.

Turris fortitudinis à facie inimici. Psalm. 60. 3.

PAR-



PARTHENIUS PÆAN
PER ARGUMENTA
IN OCTO ELEGIACIS CANTICIS.

CANTICUM I.



QUID Deus ingratum primi ſcelus ante Parentis
Prævidit, ſtatuit, dic, age, Muſa, cane.
Dic, age; ne timeas, licet omni orbata nitore,
Pierioque carens lumine, nuda venis.
Jam tibi conveniens nihil eſt aganippidos unda,
Hic in Jeſſeo (1) quam bene fonte bibes.
Felix ò nimium felix, qui vana relinquens
Quęrit in hoc vivo fonte (2) levare ſitim!
Parthenis alma, meam fac inclareſcere mentem:
Diva, tuum hoc opus eſt: ut tua, muſa canat.
Sit quis honor Geniti, (*) Matris quæ gloria, fari,
Parthenis, incipiam; Teque favente, ſequar.

CHriſtus homo, & Deus eſt; Genitrix, & Virgo MARIA;
Omnipotentis opus (3) mentis utrumque fuit.

A Lex

(1) Fons de domo Domini egredietur. *Joel.* 3. 18.

(2) Apud te eſt fons vitæ. *Pſal.* 35. 10. Dabo de fonte aquæ vitæ. *Apocal.* 21. 6.

(*) Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat Matrem ſuam. *Eccl. cap.* 3. 5.

(3) Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. *Eccliſ.* 24. 11.

Opus Dei ſingulare, perfectiſſimum, & ab omni naturæ impuritate, & defectu alienum fuit Maria. *Dionyſ. Faber. tr.* 1. *de Concept. B. V. Anton. Pocquetus Serm.* 1. *de Concept. B. V.*

Ut ſicut totum fecit ex nihilo, ita faceret

Lex ſileat, ſtupeat natura, haud lapſa in Adamo eſt
Virgo electa parens, partaque progenies.
Quin, ut digna Parens, ab origine (4) pura fatenda,
Quæ peperit, ſalva virginitate, Deum:
Qui ſuper auguſti Virga (5) requievit Jeſſe,
Non requieviſſet, quâ foret umbra notæ.
Purus ab impuro nunquam flos vimine (6) ſurgit;
Et genus, & virtus par in utroque viget.
Jeſſeam Virgam quis non putet eſſe MARIAM?
Quis florem Virgæ non putet eſſe Deum?
Virga igitur tantum ſi debuit edere florem,
Virgoque ipſa Deum progenitura virum;
Debuit (7) Omnipotens ſic præſervare MARIAM,
Nato ut digna ſuo debeat eſſe Parens.
Cùm patribus genitos meritò jus ſanguinis æquat,
Nam ſcatet ipſe vigor, ſanguis & ipſe fluit.
Si tamen inſolitus fiat de Virgine partus,
Vires à ſola tunc Genitrice bibet.

Hu-

ceret ex inauditis hoc ſolum opus, quod ſemper eſſet in miro. *D. Ildef. lib. de Virginit. Deip. cap.* 8.

Et ſi multa magna facta ſunt in creaturis mundi, nihil tamen tam excellens, tam magnificum fecerunt opera digitorum Dei. *S. Petr. Dam. Serm.* 1. *de Nativit. Virg.*

(4) Maria à neceſſitate contrahendi originale peccatum præventa, & privilegiata fuit. *Gerſon ſuper Magnificat.*

Salvaſti de neceſſitatibus animam meam. *Pſalm.* 30. 8.

(5) Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. *Iſai.* 11. 1. 2.

Virga de radice Jeſſe, de qua ſignanter ait Iſaias, Florem, non de ſummitate ejus procedere, ſed de radice ejus aſcendere, ut in B. Virginis Conceptione nullius intelligatur origo culpæ, ſed ſicut ſingulariter Deum concepit, ſic ſingulariter concipi à Deo ſibi datum fuit. *Petr. Comeſtor in Serm. Concept. B. M.*

Poterat enim verè dixiſſe, Et flos de Virga aſcendet, ſed maluit dicere de radice: ut unde Virgam, id eſt, Mariam, inde florem, id eſt Chriſtum, duxiſſe originem demonſtraret. *Rich. Laurent. Serm. de Nativit. B. M.*

Planta ex radice ſuccreſcens alia quidem eſt ab eo, unde pullulaverit, & tamen cum eo ejuſdem naturæ manet. *Arnold. Carnoten.*

(6) Virga in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. *D. Ambr. Serm.* 5.

Quid dicam? & quibus verbis explicabo gloriam radicitus fundatam? *D. Epiph. in tract. de laud. M.*

(7) B. Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus, & ex hac parte, non poteſt aliquid fieri melius. *D. Thom.* 1. *p. q.* 26.

Deum non permiſiſſe in Maria neque legalem immunditiam. *Idem D. Thom.*

Non ſine Deo magna Virgo concipi debuit, quæ ſola potuit Deum concipere. *Hortenſ. Pallavicin. in ſuis Elogiis. p.* 1. *Elog.* 4.

(8) *Cum*

Humanas hoc nonne facit tranſcendere (8) mentes,
Prole quod intumeant viſcera parthenia?
Per ſe etenim neſcit fructum dare Virginis alvus;
Si tamen hoc fieret, forte quid eveniet?
Evenit, in Genitum quod tunc è Virginis alvo
Spiritus (9) unus eat, prodeat una caro.
Cumque in utroque caro detur una, & ſpiritus unus,
Dividier nequeunt (10) Natus, & ipſa Parens.
Hinc licet in partes tribui non implicet unum
Dividuæ partes ſunt, & habentur idem.
Virgo, & partus eo vinclo ſociantur, ut alter
Non pars, ſed totum penè ſit alterius.
Sic bene per Genitum nobis fit cognita Mater,
Qualis enim (11) Genitus, talis & ipſa Parens.
Sic bene per JESUM Virgo (12) agnoſcenda MARIA eſt;
Spiritus, (13) atque caro, Chriſtus utrumque genus.
Æqualis Patri Chriſtus Deitate fatendus,
Et Matri humana conditione ſuæ.
Lac MARIÆ, (14) Chriſti cruor albus, ſed cruor ipſe
Chriſti, purpureum eſt, dulceque lac MARIÆ.
Ecce igitur MARIÆ de corpore corpus JESU
Unum ergo ambobus cor, cruor, (15) atque caro.
Munda caro Geniti, quæ eadem, caro munda Parentis.
Degener alterutro nonne abigendus Adam?
Si procul à Genito labes, (16) procul ergo Parente;
Unde oritura ſalus, hinc procul ergo lues.

(8) Cum naturæ leges tranſcendiſſes, ò Virgo Divina, Conceptione tua, Deum ſupra naturæ ordinem peperiſti. *S. Joſeph Hymnograph. in ſuo Marial.*

(9) Creatura unica, cui Deus ineſt identitate, quia idem eſt, quod illa. *S. Petr. Dam. Serm. 1. de Nativit. Virg.*

(10) Unitas diviſionem non recipit. *Arnold. Carnot.*

(11) Talis Maria fuit, qualis Filius. D. *Aug. Serm. de Nativit. Domini.*

(12) Talem identitatem Mater cum Filio habet, ut quod de illa dicatur, de hoc quoque dictum intelligatur; & quod affirmatur de Filio, de Matre quoque affirmari queat. *S. Petr. Dam. ut ref. Novar.*

Quæritis qualis Mater! Quærite prius qualis Filius. *Eucher. Serm. de Concept.*

(13) *Venantius lib. 8. Hymn. 5.*

(14) Lac Mariæ ſanguis albus eſt Chriſti; & Sanguis Chriſti lac Mariæ eſt purpureum. *S. Athanaſ.*

(15) Caro Chriſti, caro Mariæ. *S. Auguſt*: Caro propria Domini: Caro carens terreſtri macula: Caro Chriſti immaculata: Caro una cum Chriſto: Una eſt Mariæ, & Chriſti caro. *Gothifredus Abbas. Joan. Honden. Bernard. de Buſtos. Paulus de Heredia. Arnoldus Carnotenſ.*

(16) Non Filius Matris, aut ſuis eſt ullis

O' quam dissimilis primæva (17) à Matre MARIA est!
Protulit hæc vitam, protulit illa necem.
Eva tulit matris nomen, non matris amorem;
Protinus in MARIAM nomen, & omen iit.
Non igitur decuit nomen genitricis in Eva:
Vera MARIA parens, Eva noverca fuit.
Et tamen à primo purissima limine vitæ,
Divinæque manus ut labor, Eva fuit.
Nonne magis decuit, pura ut prodiret, & insons (18)
Digna Dei Genitrix, terrigenumque Parens?
Si decuit luctus sine labe effingere matrem,
Matrem lætitiæ plus decus hoc decuit.
Primus (19) ut è terra tunc virgine prodiit Adam,
Fas, ex virgineo ventre secundus eat.
Ex terra nondum maledicta effingitur ille;
Ex maledicta ergo fingier iste nequit.
Ille etenim reus ante fuit, dein iste Redemptor;
Huic igitur Genitrix debuit esse decens.
E' spinis intacta velut rosa surgit acutis,
Sic ab origineis (20) candida Virgo rubis.

Pur-

ullis sordibus delibutus; neque enim aliquid revera circa se immundum habere posset, qui humani generis peccata, sordes, & maculas venerat mundaturus. *S. Zeno Serm. 2. de Nativit. Christi.*

Nunquam immunda judicatur, quæ, Spiritu Sancto obumbrante, totius munditiæ genuit auctorem. *S. Eligius Episc. Noviomen. Homil. 2. de Purificat.*

Pulchre dixit, diei, nubes enim illa nunquam fuit in tenebris, sed semper in luce. *D. Hier. Orat. 22. in Psalm. 108. ad ℣. Deduxit illos in nube diei.*

(17) Certum est quòd Deus creavit Adamum, & Evam sine peccato: modo non est credendum, quòd ipse Filius Dei voluerit nasci ex Virgine, & sumere ejus carnem, quæ esset maculata ex aliquo peccato originali; imò credendum est, quod voluerit sumere carnem purissimam, & quòd ejus Mater fuerit plusquam Eva, & Adam, qui creati fuerunt sine peccato originali. *S. Bernard. de Sen. tom. 4. Serm. 49.*

(18) Nullum gratiæ privilegium negatum Matri. *D. Anselm. de excellent. B. M.*

(19) Sicut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta; ita secundus Adam formatus fuit ex terra virgine nunquam maledicta. *S. Andreas Apost. ut refert Abdias Babilonic. citatus à Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiast.*

Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledicta formatus, ita decuit in secundo fieri. *S. Domin. in tract. de Corpore Christi, & de Sancto idem refert Episc. Belovacen. cap. 49. sua histor.*

(20) Quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Mariæ. *D. Hieronym. in Serm. de Assumptione.*

Ut quod de priore opificio fuerat deformatum per ipsam reformaretur. *Idiota de Contemp. Virg. cap. 3.*

B. V. dicitur benedicta in mulieribus, quia nulla fuit, nec unquam erit sine peccati macula concepta cum plenitudine gratiæ,

Purpuream diadema rosam regale coronat;
Virgineum cingit par diadema caput.
Se circum tenet illa vepres, nec acumina pungunt;
Pungere nec sontes hanc potuere vepres.
Qualiter è mediis igitur rosa sentibus orta,
Sic nova de Adami sanguine Virgo rubet;
Virgo futura parens, sed ter (21) benedicta perennis
Virgo, pians veteris virginis omne scelus.
Maternum, nil ipsa ferens, quod lædat honorem,
Exultat, genito Numine, facta Parens;
Facta Parens, in qua naturæ evanuit ordo
Suppeditante uteri pondus amante Deo.
Sic MARIA (22) exoriens, ut floreat innuba Virgo
Spiritui nubens gaudia Matris habet.
Condit & illæsis Christum paritura latebris
Conceptum Divo cordis amore sui.
Omnipotens ideo tam longa retexuit æva,
Ut MARIAM numeros tolleret ante suos.
Per tot ducta gradus labes sic nulla vetusti
Parthenium pectus criminis implicuit.
Fas erat ergo Deum sic præservare MARIAM,
Venturo ut fieret Numine digna domus. (23)

Hanc

gratiæ, sicut ipsa. *Card. de Richelieu in suo Cathech. lect.* 24.

B. V. M. in totum fuit benedicta, quia Spiritu Sancto in ea cooperante, in totum aliena fuit à culpa, & extranea à maledicto primæ damnationis. *D. Ildef. lib. de partur. B. V.*

O' Virgo Benedicta super omnes fœminas, quæ Angelos vincis puritate, quæ omnes Sanctos superas pietate. *D. Hilar. in quod. Serm.*

(21) Beatissima Virgo fuit benedicta ante ortum, benedicta in ortu, benedicta post ortum, ante sæculum, in sæculo, & post sæculum. *Idiot. de Contemplat. B. V. cap.* 1.

Maria Virgo tota est benedicta, de qua Christus natus est totus benedictus. *Richard. Laurent. Serm.* 1. *cap.* 7.

(22) Illa utique est Virgo, quam Deus, qui de ea fuerat nasciturus, ita singulari gratia prævenit, atque replevit, ut ipsum haberet ventris sui fructum. *D. August. lib. de Fid. ad Petr. cap.* 2.

Quid autem est benedicta in æternum, nisi semper benedicta, id est ab initio suæ creationis, & deinceps? Æternitas enim respicit omnem temporis differentiam, & nullum momentum temporis excludit, sed omne omnino, & totaliter comprehendit. Ergo Maria benedicta fuit semper, & in omni differentia temporis; non potuit ergo incurrere peccatum originale, obstante gratia benedictionis, quæ illam prævenit. *Maraccius not.* 10. *in Mariali. S. Joseph. Hymnograph.*

(23) Domum tuam Domine decet sanctitudo. *Psal.* 92.

Maria sola, speciali gratia, præventa fuit, & præservata, eo quod, fuit prævisa Mater, & Domus Dei; unde Psalmista: Domum tuam Domine decet sanctitudo.

Hanc ſibi nonne domum Sapientia (24) condidit ? Hoſtem
Abſit, ibi infeſtos impoſuiſſe pedes.
Omnia qui ſapiens fecit, nonne hoſte fugato,
Imperio hanc ædem ſubderet ante ſuo ?
Ut Deus, ipſe Deus ſervare à labe MARIAM
Non potuit ? (25) Nonne & debuit, ut Genitus ?
Hoc

tudo. *Vigerius de peccat. orig. cap.* 18. *S. Joan. Damaſc. & alii.*

(24) Sapientia ædificavit ſibi domum. *Proverb.* 9. 1.

Quis unquam audivit architectum, qui ſibi domum ædificavit, ejus occupationem, & poſſeſſionem primùm ſuo inimico ceſſiſſe. *S. Cyrillus Alexandrin. Hom.* 6.

Omnia in ſapientia feciſti. *Pſal.* 103. 24.

Virgo glorioſa cum eſſet prædeſtinata ante ſæcula, ut ex ipſâ reciperet Dei filius naturam humanam, ut Dei filius fieret filius hominis: Ita concepta fuit, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Induere ſe debuit Deus humanitate Mariæ, quare humana natura Virginis digna facta eſt ab initio. *Card. Cuſan. lib.* 5. *de exerc.*

Sapiens debet eligere, quod eſt perfectius, & melius: Chriſtus eſt Sapientia Increata, & cum melius ſit, & eligibilius habere matrem ſine omni macula, quàm cum macula, & potuit eam ſic facere. Igitur ſine peccato concepta fuit. *Barth. Piſan. lib.* 1. *de Laud. V. fruct.* 7.

(25) Deus potuit, & decuit hoc fieri, quod ipſa præſervaret Virginem Matrem ſuam dulciſſimam, ne peccatum contraheret in ſua Conceptione, ita quod de facto Beata Virgo originale non contraxit. *Joan. de Baſolis in* 3. *d.* 3. *q.* 1.

Videtur, quod de potentia abſoluta Deus potuerit B. V. ab originali præſervare, ſuppoſito quod fuerit concepta ſecundùm legem communem, imò ante infuſionem potuit anima creari, & gratia concreari, & ſic peccatum non contraxiſſet. *Petr. Paludan. Ord. Prædic. Patriarc. Hyeroſol. in* 3. *diſt.* 3 *ſ.* 19. *in impreſ. Pariſien.* 1517.

Beata Virgo fuit præſervata ab originali peccato; nam Deus potuit Matrem ſuam à peccato originali præſervare. Similiter & decuit ratione Matris, & Filii. *Petr. de Palud. ſuprad. tom.* 1. *p. lyem.*

S. Auguſt. dixit, ut ſequitur. Uſque adeo deſipiendum eſt, ut videat homo melius aliquod fieri debuiſſe; & hoc Deum vidiſſe non putat, aut putet vidiſſe, & credat facere noluiſſe, aut non potuiſſe.

Et alio loco idem Auguſt. Si nullus dubitat Eccleſiaſticorum quin poſſit Matrem ſine corruptione in perpetuum ſervare, cur dubitandum eſt voluiſſe, quod attinet ad tantæ benignitatis gratiam ?

Et idem ſequitur. In Mariæ integritate plus potuiſſe gratiam, quàm naturam, non eſt dubitandum: Deus tantum voluit, quantum potuit.

Et idem Auguſt. Chriſtus Dei virtus eſt, & Dei ſapientia, cujus omnia, quæ Patris ſunt, ſua ſunt, & velle; velle autem, quæ ſunt & digna.

Si quis refragari his elegerit, cum non dicere valeat hoc non poſſe Chriſtum, proferat, quare non conveniat velle? Et per hoc non eſſe. Si vera ſunt, quæ ſcripſi, gratias tibi ago, Chriſte, quia de ſancta Virgine matre tua, niſi quod pium eſt, & dignum viſum, ſentire non potui. *Omnia ab Auguſt.*

Una excepta B. Virgine, quæ nullam contraxit maculam originalis peccati. *D. Thom. in Epiſt. ad Rom. cap.* 5. *lect.* 2. *ad illud: Omnes in Adam peccaverunt.*

Et Beatæ Virgini, quæ fuit plena gratia, in qua nullum fuit peccatum, ſicut dicit Auguſtinus; de qua Virgine cum de peccatis agitur nullam volo fieri mentionem. *D. Thom. Opuſc.* 7. *in Orat Dominic. petit.* 5.

Nulli dubium eſt, quin Deus facere poſſet; & ſi hoc fieret, proculdubio geniti ſine originali naſcerentur. *D. Thom. in* 2. *diſt.* 31. *q.* 1. *à* 1 *ad quintum. Argentina in* 3. *diſt.* 3. *q.* 6. *Gabriel in* 3. *q.* 1. *à* 2.

(26)

Hoc igitur fecisse Deum, dubitare quis audet?
Si Genitricis honos est honor ipse Dei.
Fecit, & occuluit tanti mysteria facti,
Ut magis inde foret nostra probanda fides.
Præcursor (26) Christi si sanctificatus ab alvo,
Mater ab æterno sanctificata venit.
Nemo quidem natos inter surrexit, ut ille;
Sed si aliis maior, Virgine Matre minor.
Parthenis ò quantum meritis supereminet ipsum!
Unicuique suus contribuatur honor.
Quis tamen ausit cum MARIA conferre Joannem?
Iste fuit Christi nuntius, illa Parens.
Sed Textus celebrat materno in ventre Joannem
Sanctum, Christiparæ principiumque tacet.
Prænoscens stupuit venturum Numen in ipsam;
Christipara, hoc mentes sistere nomen agit:
Principium MARIÆ hoc nomen, Conceptio Matris
Nempe Dei est: aliud quid memorare refert?
Hoc satis est, ut conveniens credatur, & insons
Illa, nec opprobrio degenerantis Adæ.
Conscia nec patrii potuisset criminis esse,
Cujus ope à Genito culpa luenda foret.
Virgo igitur fuerit quod purà ab origine sancta,
Fit melior testis Textus, & ipse silens.
Haud surgit, (27) nisi qui cecidit, cecidisse Joannem
Lex voluit, sed eum surgere fecit amor.
Non cecidit Virgo. Quisnam, nisi Filius, auctor
Est legis? Legem nesciat ergo Parens.

Ut-

(26) Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista. *Matth.* 11. 11.

(27) Dixit non surrexit, quia nullus dicitur surgere, qui non cecidit. Sed quia Christus non cecidit in aliquo peccato Conceptionis, nec actuali, & similiter B. V. Maria; ideo non sunt in illa regula, quia non ceciderunt. *S. Bernardin. de Sena. tom.* 4. *Serm.* 49. *p.* 1.

Christus se excipit, quia natus ex Virgine; etiam Matrem suam occultè excipit; dixit enim, non surrexit; quia nullus dicitur levari, seu surgere, qui non cecidit. Sed quia B. Virgo nunquam cecidit in aliquo peccato Conceptionis, ideo non dicitur surgere. *Id. S. Bern. Serm.* 3. *post Ref.*

Dei Matrem singulari, atque maiori privilegio decuit sanctitatis, ac puritatis illustrari, quàm S. Joannem Baptistam, & Hieremiam non ut purgaretur ab originali peccato, sicut ipsi, sed quæ, ne contraheret illud, præservaretur. *Lanspergius tom.* 3. *conc.* 2. *super festum Conception.*

(28)

Utpote tanta Parens, Cætus Regina Beati
Jam nec erat servis assimilanda suis.
Sortes illa Dei mens præscia, quæ movet omnes,
Omnia disponens, ac elementa regens,
Transeat (28) ut populus, Pharao mergatur in undis,
Nonne reclusit aquas, junxit & inde rubras?
Nonne etiam rapidum fornacis sustulit (29) ignem,
Ne pueros posset lædere flamma vorax?
Versus nonne fuit naturæ sæpius ordo,
Sol stetit (30) ad nutus, & stetit unda (31) fluens?
Nonne suas Deus ipse vias est (32) justus in omnes,
Omnibus in gestis sanctus & ipse suis?
Ergo potens, justus, sanctus, venturus in orbem
Prævisum in MARIA glorificavit iter.
Ne Daniel (33) pereat, qui clauserat ora leonum,
Cur non pro MARIA clauderet os colubri?
Quis nisi solus amor poterat compellere Numen,
Redderet ut populo tot benefacta suo?
Ad præservandam verò de labe Parentem
Movit (34) amor, ratio duxit, adegit honor.
Exonerata foret (35) gens nunquid Adamica, dextram
Libera ni tanto pondere Virgo daret?
Quæ venit in culpam, pressa ut natura resurgat,
Nunquam igitur culpæ barbara vincla tulit;

A'

(28) Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextera eorum, & læva. *Exod. cap.* 14.

Servavit Deus populum suum ab aquis maris rubri, & per quadraginta annos eorum vestimenta, & calceamenta illæsa servavit; & hoc propter dignitatem populi sui: quomodo Matrem propriam ab omni macula non præservasset propter dignitatem maternitatis suæ? *Ambros. Tarvesim. Serm. in Sabb. consider.* 2. *concl.* 3.

(29) Non tetigit eos omnino ignis. *Daniel cap.* 3. 50.

(30) *Josue cap.* 20.

(31) *Cant. Moysis Exod.* 15.

(32) Justus Dominus in omnibus viis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis. *Psalm.* 144.

Sanctus sum ego Dominus. *Levitic. cap.* 20.

(33) Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi. *Daniel. cap.* 6.

(34) Tu sola ab omnium universali damnatione præservata fuisti; electa enim eras in Dei Genitricem, & omnium Dominam. *S. Andr. Apost.*

Hæc privilegiatissima Virgo habuit mali carentiam, unde excipitur à regula generali. *La Porta.*

(35) Causa generalis reconciliationis. *Anselm. alloq. calest.* 27.

Causa salutis universo humano generi. *Iren. lib.* 3. *cap.* 32.

(36)

A' primo inſtanti, (36) quo ſcilicet illa creata eſt,
Parthenium implevit Gratia (37) tota ſinum.
Plena (38) ſalutatur Divino hoc rore, priuſquam
Alma Dei Mater vaticinata foret,
Gratia jam vacuum Divina (39) reliquerat orbem,
Fecerat ingreſſum quo rea culpa ſuum;
Non tamen in MARIAM: comperta hac nempe referta,
Illa, an poſſibile eſt, ingrederetur ibi?
Quomodo ibi pugnax hoſtis potuiſſet inire,
Nullum, quem capiat, cum videt eſſe locum? (40)
Uſque adeò in MARIA ſe Gratia junxit in unum
Ut tua calcaret colla, ſuperbe draco.
Jamque futura Parens ſtygium pede conterit anguem,
De Cruce cui mortem Filius inde daret.
Prodigium quid maius habes, natura, Puellam
Quam ſine te, ſolam gignere poſſe virum?

(36) Abſit, abſit, ut beatiſſimam Dei Matrem, vel ad momentum filiam dicamus aliquando fuiſſe diaboli. *Joan. Juſtus Lanſpergius. tom. 3. conc. 2. ſuper feſtum Concept.*

(37) In Mariam totius Gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit: quamquam aliter. *D. Hyer.*

(38) Inveniſti gratiam cœleſtem, quia fuerunt in te ab originali labe præſervatio, Angeli ſalutatio, & Filii Conceptio. *Idiot. lib. de Contempl. B. V.*

Inveniſti, quia non perdidiſti, ut primus Parens. *Alb. Magn. in Mar. cap.* 257.

Maria per gratiam ab omni integra labe peccati immunis fuit. *S. Ambroſ. Serm.* 22. *in Pſalm.* 118.

Non foret gratia plena, ſi præſervationis illi gratia defuiſſet. *D. Auguſt.*

(39) *Ambroſ Catharin. Ord. Prædicat. in Expoſit. Epiſt. ad Roman. cap.* 5. 12.

Cæteris electis ex parte gratia datur. Huic vero Virgini tota ſe infundit gratiæ plenitudo. *S. Ildefonſ. Serm. 6. de Aſſumpt.*

Immenſa certè fuit gratia, quâ ipſa fuit plena. *D. Bonav. in Specul. B.V. lib.* 5.

Cum dixit gratiâ plena oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam reſtitutam. *D. Fulgent.*

(40) Gratiâ plena, quia omnes gratias generales, & ſpeciales omnium creaturarum in ſummo habuit. *Albert. Magn.*

Rationabiliter creditur, quod ea, quæ genuit Unigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis maiora dona gratiarum, & privilegia acceperit: unde Angelus, ut legitur *Luc.* 1. ei dixit: Ave gratia plena. *D. Thom. 3. p. q. 27. art.* 1.

Gratiâ plena. Si plena, nihil ejus omnino erat vacuum gratiæ, nihil ergo ejus peccato vacabat, cujus totum gratia implebat. *Odon Cameracenſis.*

Nam ubi aliquid deeſt, non dicitur plenum: plenitudo enim eſt, ubi nihil valet adjungi, & ideò verbum *Plena gratia* comprehendit omnem gratiam, ſecundùm capacitatem recipientis. *Bernardin. de Buſt. Ord. Prædicat.*

Plenum eſt, cujus nulla pars eſt vacua. Ergo pars originis, id eſt Conceptionis Mariæ, non fuit à gratia vacua, quòd fuiſſet, ſi in peccato originali concepta foret. *Pelbartus.*

Quis enim vacuam dixerit, quam ſalutat Angelus gratiâ plenam? *D. Bern. Ser. 2. de Aſſumpt.*

(41)

Gignere non hominem tantum, ſed Numen in ipſo
Non opus in terris maius habere potes.
Quis tamen hoc ſignum non dixerit eſſe ſequelam,
Quod minus, alterius, maius id unde venit?
Anna erat annoſa, & ſterilis, cui clauſerat (41) alvum
Numen, ut hinc prorſus pulſa libido foret.
Unde novus fructus, ſed non oriundus ab illa,
Prodiret, Genitum Virgo datura Deum.
Prodigio hoc facto, ſterilis dein (42) Anna remanſit:
Sic MARIA, ut ſemper, Parthenis inde fuit.
Et Virgo, & ſterilis fructus habuere beatos,
Gratia quos variis egit utrinque modis.
Ecce quid Omnipotens in Matre peregit utràque;
Ecce puerperium par in utràque novum.
Si flos eſt Chriſtus, Jeſſeaque Virga MARIA eſt,
Tu tantæ es radix (43) arboris Anna potens.
Quomodo ab alpina ſurget roſa vivida rupe,
Sit niſi naturæ conditus ordo novus?
Quid fieri poterat concepta in Virgine maius?
Inſons, (44) conjugium, ſemen (45) & abſque lue.
Corpora vivificante (46) Deo, mirandus, ut inſons
Conceptus fieret, debuit eſſe torus

O'

(41) Deus clauſit ad tempus uterum uxoris tuæ Annæ, ut non libidinis foret, quod naſceretur, ſed Divini eſſe muneris noſceretur. *Damaſc. in Serm. 2. de Nativ. nomine Angeli alloquentis Joachimum.*

(42) Anna non habuit niſi unam filiam, & hoc dono Dei, quia ex ſua natura ſterelis erat, & genitâ illâ magnâ filiâ matre Dei, ſterilis permanſit: Illa non habuit niſi unam filiam: Hæc fuit ſemper virgo; illa ante, & poſt ſemper ſterilis. *S. Amadeus de B. V. Rapt. 8. Et idem ſentit Baronius, nec non & plures graves AA. ex antiquis, & nuperis, licèt alii contrariè oppinentur, ut aſſerit Moreri in ſuo Diction. hiſtor.*

(43) Radix illa eſt Beata Anna. *Albert. Magn.*

(44) Hodie in viſceribus caſtæ Annæ concipitur Maria Dei filia. *S. Germ. Patriarch. Conſtant. in ſuo Marian fragm. 9.* De cujus utero, tamquam ex Oceano, omnia inundabant maria gratiarum. *D. Bernardinus.*

(45) O' beatos Joachimi lumbos, è quibus prorſus immaculatum ſemen profluxit! *Damaſc. ſuper Revel. S. Brigitta. lib. 1. cap. 9. in Serm. de Nativit.*

Bene poteſt vocari aurea hora illa, in qua à meis Parentibus concepta fui, qui plus hoc fecerunt ex obedientia Divina, quam ex voluntate propria, & plus ibi operata eſt Charitas Dei, quàm voluptas carnis, & voluptas in eis mortua erat. *S. Birgitta Revel. lib. 6. cap. 55.*

(46) In hujus conceptione neceſſariò haud dubium eſt, quin utrumque Parentem vivificus, & ardens ſpiritus ſingulari munere repleverit ...... Felix talis partus, & ortus, de cujus ſubſtantia aſſumpta eſt talis Virgo. *S. Fulbert. Carnot. Serm. de Nativit.*

(47)

O' Anna, (47) & Joachim! Terque oh, quater, atque beati!
Filia queis (48) tanta eſt, tantus & inde Nepos.
Sed vobis hæc unde? Parens electa Tonantis
Filia veſtra, Nepos veſter & ipſe Deus?
Quantus amor Genitæ vos verſus, amorque Nepotis
Quantus erit? Miſeris ferte libenter opem.
Sed mihi quis memorat, fuerit quod origo MARIÆ
Ante per (49) Angelicos ſignificata ſonos?
O' licet humana egrederis, Divina videris,
Et ſimilis Genito, Parthenis alma, tuo.
Annoſi, & ſteriles, Gabrielis (50) nuntia de Te
Virgine Matre tui promeruere Patres.
De Te, inquam, & nobis, certos nam reddidit illos,
Quod noſtrum ad columen concipienda fores.
Dulce (51) tuum nomen Gabriel dedit inſuper Annæ,
Et nomen JESU prodidit inde tibi.
Utraque legati meruit cœleſtis honorem;
Tu, JESU ut mater, mater ut, Anna, tui.
Pro MARIA, & JESU Gabriel ſi miſſus ab alto,
Puro in conceptu quis neget eſſe pares?
Aſt ego, vix nato JESU, ſi cerno MARIAM,
Invenio ſortem penè in utroque parem.
Quot tibi, Virgo, tulit mirandus gaudia partus?
Tu tamen, ac Genitus, cœpit uterque pati.
Sævit (52) in infantes truculentus Rector Idumes,
Cum Genito Ægyptum (53) tu fugitiva petis.

 Re-

(47) Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis Mariæ, quæ ſine tenebris culpæ facta eſt, & conjunctio Joachim, & Annæ luminoſa fuit. *S. Vincent. Ferr. Serm. 2. de Nativit. Virg.*

(48) Filiam divinitus datam. *S. Joan. Damaſc. Orat. 2. de Nativit.*

Hæc eſt, quæ fuit in utero Matris abſque originali peccato concepta, & generata. *S. Baſil. Magn. Serm. de Ann.*

(49) Dominus flexus Annæ precibus; miſit Angelum ſuum, qui prænuntiaret Filiæ Conceptionem. *S. Germanus.*

(50) Miſſus ſum ad te, Anna, ut annuntiem Filiam naſcituram, quæ Maria vocata ſuper omnes mulieres erit benedicta. *D. Hieron. Hiſt. de Nativit. tom. 9. D. Bonavent. in Pſalt. S. Fulbertus Serm. de Nativit. S. Antonin. S. Joan. Damaſc. Sofronius, ut refert Diar. metr. pag. 9.*

(51) *Fr. Joſeph de Jeſ. Mar. in Hiſt. B. M. V. lib. 1. cap. 36. n. 1. Et Villegas, ut refert Maced. in lib. Eva & Ave. Part. 2. c. 14.*

(52) Herodes iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ejus. *Matth. cap. 24. 16.*

(53) Joſeph conſurgens accepit puerum, & Matrem ejus nocte, & seceſſit in Ægyptum. *Idem ibid. 14.*

(54)

Regia si Puerum feritas potuisset adire,
Salva nec à gladio tu, bona Mater, eras.
Carnificem, ne posset adhuc puer alter oriri,
Quam facilè est uterum dilaniasse tuum?
Quam facilè, ut fureret formido cruenta Tyranni
In Matrem, ac Genitum rusticitate pari?
Scilicet ille metus, Pueri quem vita ferebat,
Mansurus, vivâ Matre manente, foret.
Hactenus infantis Geniti primordia, vitam
Matris in æquali conditione locant.
Vitæ exinde pares utriusque fuere labores;
Ille tulit membris, sensibus (54) ista tulit.
In Cruce pendentem JESUM si specto, MARIAM
Sub Cruce si stantem, mortis agone pares.
Sub Cruce cor Matris, Genito moriente, dehiscit;
In Cruce cor Geniti, Matre dolente, perit.
Mortis agone pares gladius pertransiit idem,
Pendenti, (55) ac stanti par in amore dolor.
Par dolor in Genito moriente, & Matre manente;
Maior in hac verò non moriente simul.
In Matre, (56) ac Genito fuit unum vulnus, & ictus;
Transit at ex pœnis Filius, illa manet.
Uno corde reum nos (57) ambo redemimus orbem
Ipsa ego, Mater ait, Filius atque meus.
Tantum igitur, quod cœpit opus, (58) perfecit uterque,
Quam propriè est Genito consimilanda Parens?

Quid

(54) Coadjutrix Christi in passione, & redemptione humani generis. *Ricard. à S Laurent. lib.* 2. *pag.* 104.

(55) Optabat Maria ad sanguinem animæ, & carnis suæ addere sanguinem, & elevatis in Cruce manibus celebrare cum Filio sacrificium vespertinum, & cum Domino Jesu, corporali morte, redemptionis celebrare mysterium. *Arnold. de Laud. Virg.*

(56) Dividunt coram Patre inter se Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt redemptionis humanæ negotium, & condunt inter se reconciliationis nostræ inviolabile testamentum. Maria se spiritu immolat Christo, & pro mundi salute obsecrat, Filius impetrat, Pater condonat. *Idem Arnold. Carnoten.*

(57) Ego, & Filius meus redemimus mundum, quasi uno corde. *Revel. S. Brigittæ* 8. *cap.* 35.

(58) Pretium redemptionis Christus persolvit, sed hæc mulier dedit illi, unde solveret. Ipse Redemptor est, sed ab illa accepit, unde redimeret. *D. Thom. de Villanova. Serm.* 1. *de Assumpt.*

(59)

Quid magis? In Genito, Genitriceque si fuit unum
Cor, ab utroque (59) salus, vitaque nostra venit.
Denique cum Nato confer post funera Matrem,
Invenies finem penè in utroque parem.
Assumpta est Genitrix, (60) Genitus conscenderat antè:
Pignora non equidem tanta merebat humus:
Vilis humus, quamquam manibus formata (61) supernis,
Antiquâ haud poteris nobilitate frui.
Ambo triumphantes subierunt corpore; at illa
Viribus Angelicis, viribus iste suis.
Ad patriam rediere suam, cœlestia nempè
Corpora terrigenis prædominata malis.
Nuper at assumptum corpus Genitricis in altum
Dum contemplabar, vox ita visa loqui est.
Sat tibi paucorum spatio tenuisse dierum
Tantæ animæ exuvias, improba Terra, fuit.
Nil tibi cum membris, quorum cœlestis origo
Tartareæ pariter cladis origo fuit.
Cui Deus hanc animam sine labe afflavit Adami,
Vas quoque ab argilla (62) nobiliore dedit.
Unio Divini (63) concepta aspergine roris
Non erat à conchâ dissocianda diù.
Concha creata mari fuerat, sed cœlica tota,
Nam cœlum in proprium traxerat ipsa sinum.
Ros ubi Divinus fluxit, mare destitit esse:
Cœlum concha tua est: Unio grata veni.

Spon-

(59) Gaudium certum universi: vitæ largitrix, maledictionis interemptrix, benedictionis conciliatrix. *D. Germ. in Ps.* 44.

(60) Sicut non dedit Dominus sanctum suum, id est Christum, videre corruptionem, ut ait David in *Psal.* 15. sic non sanctam suam, de qua natus est sanctus; sed corpore, & anima in Cœlum Assumpta est. *S. Bern. Senen. tom.* 1. *Serm.* 52.

Quid de Mariæ morte, quid de ejus assumptione dicendum est, unde Scriptura nihil commemorat? nisi quærendum ratione quid conveniat veritati, fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas. *D. Aug. Ser.* 4. *de Assumpt.*

(61) Aridam fundaverunt manus ejus, seu siccam manus ejus formaverunt. *Psal.* 94. 5. *ut per Bibl. du Hamel.*

(62) Meliore quidem terra animata, & immaculata factus est homo. Intellige. Christus. *Concil. Francford. in Epist. ad Episc. Hisp.*

(63) Hæc ergo ad modum margaritæ genita est intra concham, id est uterum Annæ humilis matris suæ ex cœlesti rore, id est Divina gratia, & virtute: quia Anna sterilis erat. *S. Antonin. in Bibl. Virg. cap.* 5. *de Nativ. Mariæ.*

Partus concharum sunt margaritæ pro qualitate roris accepti, si purus influxerit, candor conspicitur, cœlique eis maior est societas, quàm maris. *Plin. lib.* 9. *cap.* 35.

Sponſa (64) veni, cingenda caput diademate; ſumma
Gratia te genuit, gloria teque beat.
Hiſce creata modis, conceptaque, paſſaque Virgo,
Ad Cœlum pariter dein rediviva volans
Nonne Redemptori ſimilis (65) ſic viſa Redemptrix,
Ut foret hæc expers labis, ut ipſus erat?
Fecit id Omnipotens, ſibi tanta arcana recondens,
Maximus in Matrem ne radiaret amor.
Sic mundum dilexit enim, de Matre tacendo,
Sit ſatis (66) ut Matrem ſcire fuiſſe ſuam.
Ad rectam ſic noſtra fidem mens libera manſit,
Jure ſuo ut felix ſit celebranda Parens.
In partu, ante, & poſt partum ſi pura MARIA,
Cur non pura prius concipienda foret?
Sic concepta (67) fuit, vitium ne ſciret Adami
Adventura Dei Filia, Sponſa, Parens.
Nonne ſub obſcuro tibi nomine Parthenis inquit:
Salvus (68) erit, qui me clarificare velit?
Id quid erit, niſi Conceptus confeſſio puri?
In lucrum pietas expedit ergo tuum.
Ergo Dei puram credas ab origine Matrem;
Sic decet: eſto pius, ſi tibi chara ſalus.
Eſto pius, (69) quia certa ſalus. Pia corda gerenti
Vita datur præſens, vita futura datur.

CAN-

(64) Veni. Sponſa mea, veni; coronaberis. *Cant.* 4. 8.

Perfecta in decore meo. *Ezech* 16. 14.

(65) Maria Dei mater debebat eſſe mediatrix inter nos, & Deum: Ergo carere debebat quolibet vitio, & macula, & etiam originali. *Barth. Piſan. de Laud. B. V. lib.* 1. *fruct.* 7.

Mediatrix eſt Maria, quam ſibi Deus prædeſtinavit ad reconciliationem noſtram· *Jacob. Monac. in Orat. de Nativ V.*

Mediatrix ſalutis. *Giſelb. in alterat. Synagog. cap.* 19.

Mediatrix Dei, & hominum, *Ephrem. in Laud. B. V.*

Relevatio Adam, ſolutio maledictionis. *Hymn. Græc. apud Buteon pag.* 111.

(66) Solus Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipſa Mater ejus Virgo. *D. Bonaventura.*

(67) Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat, neceſſarium fuit, ut de immaculata Virgine natus Chriſtus, perfectus homo, qui eſt Dei filius, qui primum hominem fecerat, vitam æternam, quam perdiderant homines, repararet. *Ex Actis S. Andreæ, quæ accepta fuiſſe ab Eccleſia aſſerit S. Petrus Damianus* in ſingularem auctoritatis arcem. *Serm.* 2. *de Nat. S. Andr.*

(68) Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Eccleſ.* 24. 31.

(69) Pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *Ad Timoth.* 4. 8.

CANTICUM II.

HEU nobis! Peccavit Adam, (1) peccaverat Eva,
In quibus eſt mundi præcipitata ſalus.
Mente utriuſque procul Domini timor abfuit; anguis
Fraudibus uxorem perdidit, iſta virum.
Percipe ſed nocuo Dominus (2) quid dixerit angui,
Vel potius Satanæ qui ratus anguis erat.
Fœmina (3) ventura eſt; inter vos jurgia ponam,
Cui tamen inſidias tendere promptus eris.
Tu ſua namque petes calcanea: ſub pede preſſus
Aſt eris, atque caput (4) conteret ipſa tuum.
Quæ mulier foret iſta, Dei (5) niſi Mater, & illud
Exitiale caput quid, niſi crimen Adæ?
Scilicet hoc primum peccata ſequentia ducens,
Ut caput, & princeps probra futura præit.
Hæc (16) belli fuit illa dies fauſtiſſima, cinxit
Quâ MARIÆ intactum prima corona caput.
Evæ labentis vindex (7) eſt ſola MARIA,
Dæmone quæ victo ſit nova noſtra Parens.

Quis

(1) *Geneſ. cap.* 3. 6.

(2) Inimicitias ponam inter te, & mulierem..... Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus *Gen. c* 3. 15.

(3) Mater Domini in illa muliere promiſſa eſt. Hæc inimicitiis oppoſita eſt ſerpentis; ponam, inquit, inimicitias inter te, & mulierem; non certè, pono, dicit, ne ad Evam pertinere videretur verbum promiſſionis. *D. Hieron. in tom.* 9.

(4) Cum ſubjectio peccati originalis caput ſit diaboli, tale caput contrivit Maria, quia nulla peccati ſubjectio ingreſſum habuit in animam Virginis. *D. Auguſt.*

Quomodo Beatiſſima hæc Virgo contriviſſet caput ſerpentis, ſi vel ad momentum ſerpenti, hoc eſt, diabolo per originale peccatum ſubjacuiſſet? *Lanſperg. tom.* 3. *conc.* 2. *de Concept.*

(5) *S. Irenaus. lib.* 5. *adverſus hareſes cap.* 19. *Cyprian. Chryſoſt. & Sancti omnes.*

Cui hæc ſervata victoria eſt, niſi Mariæ? *D. Bernard.*

(6) Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. *Pſal.* 139.

Caput principium eſt vitæ, dies autem belli eſt inſtans illud conceptionis, in quo dæmon peccati originalis macula dominatur de anima: principium autem vitæ B. Virginis obumbratum fuit ab inſtanti Conceptionis ex vi præviſionis meritorum Chriſti, & nullam contraxit maculam originalem; unde gratias agens Deo pro tanto beneficio dixit: Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. *Abulenſis.*

(7) Eva Evæ oppoſita, reparatrix perditi orbis. *Chriſoſt. Anſelm. & alii.*

(8)

Quis ſtupor eſt igitur, præviſa in Matre Tonantis
Crimen origineum non habuiſſe locum?
Eſt Divina, *omnes peccaverunt in Adam*, Lex;
Sed MARIAM immunem verba per ipſa facit.
Tranſpoſitis nam certa notis reſponſio prodit:
Peccamus, *Mater* (9) *non*, tamen, *una Dei.*
Lex ſenſus tenet ergo duos: patet omnibus unus;
Alter at, ut pateat pro Genitrice, latet.
Jam lex ne ſileas: MARIAM (10) ſine labe fateris;
Sit licet interius voce ſonante, ſat eſt.
Sic ſe Diva Parens ipſa cum lege tuetur.
Per legis flexus Immaculata nitens.
Prodigioſa ò lex, ò tranſmutatio felix!
Fulget inoffenſum Virginis unde decus.
Nonne retroceſſis (11) tranſponitur *Eva* lituris,
Vox illa infelix in Gabrielis *Ave*?
Nonne quid eſt veritas? (Liceat nunc fallere carmen)
Vertitur? *Eſt vir*, *qui* (12) (ſtabat JESUS) *adeſt.*
Signa quid hæc referant, niſi ſummæ oracula mentis,
Quæ vario ſenſu nos aliquando docent?
Percipe, (13) nanque potes. Sed fortè, anagrammata, dices
Hos ferè nullius roboris eſſe ſonos
Ponderis argumenta levis, nihil unde probatur,
Quomodo & inſtandum, ſi ratione carent?

Die

(8) In Adam omnes moriuntur. 1. *ad Corinth. cap.* 15. 22.

Omnes peccaverunt. *Ad Roman. cap.* 3. 23.

(9) *P. Dominicus Viva Societat. Jeſu in Trutina Theolog. Theſium Queſneliarum, propoſit.* 70.

Omnes peccaverunt in Adam,

Ex quo Programmate pulcherrimum hoc, & puriſſimum enaſcitur Anagramma.

Peccamus, una Dei Mater non.

(10) Excipitur Maria ab hac univerſali ſententia Pauli. *Soto.*

Hæc enim Virgo ſola à communi illa regula excipitur: Omnes in Adam peccaverunt. *Albert. Magn.*

Excepta B. Virgine, quæ nullam contraxit maculam originalis peccati. *Doct. Angelic. ſuper Epiſt. S. Pauli, ut refert Nieremberg. in Except. Concilii Trident. pag.* 188, *& Papa Urban. VIII. confirmavit.* Excepta B. Virgine.

Hac auctoritas refertur in Diar. Metr. Joſeph Soares da Silva, pag. 69. *& à Strozzi, lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 183.

(11) Sumens illud Ave, mutans Evæ nomen. *Eccleſia.*

EVA
Anagramma puriſſimum.
AVE

(12) Quid eſt veritas?
Anagramma puriſſimum.
Eſt vir, qui adeſt.

(13) Non omnes capiunt verbum iſtud..... Qui poteſt capere, capiat. *Matth. cap.* 19. 11. *&* 12.

(14)

Dic (14) mihi: Quænam mens rationem quærere possit,
Quæ sit in arcanis invenienda Dei?
Quæ tamen est ratio maior, quàm electio (15) Matris
Digna Dei, & tanti dignus honor Geniti?
Nam constant nonnulla notis anagrammata puris,
Nonnulla ex numeris mista, vel aucta sonant.
Illa (16) quidem duplici involvunt mysteria sensu;
Exteriora latent, interiora liquent.
Altera (17) per numeros mentis labor expedit, unde
Cum labor est maior, maior & ista seges.
Ingeniosus amor componere millia posset,
Parthenis in laudem (18) cæcus ut Auctor agit
Scilicet innumeros mista effert litera sensus,
Quos efferre tamen litera pura nequit.
Ergo per arcanum, non casu, Virginis illa
Conceptum purum versio pura notat.
Lex honor est MARIÆ, legis sed gloria Virgo;
Nam lex virginea luce retecta patet.
Præterea Assuerus legem sancivit in omnes,
Legis & illius non subit Esther onus.
Non (19) *morieris*, ait Princeps: lex fertur in omnes
Sic mea, ut exemptam te superesse probem.
Morte exempta Esther generali, expressa MARIÆ
Servatæ (20) à culpa nonne figura fuit?

C Le-

(14) Si hoc tantum volumus intelligere quod sonat in litera: aut parvam, aut prope nullam ædificationem de Divinis lectionibus capiemus. *D. August. Serm.* 201. *de Temp.*

(15) Decuit, ut Mater Dei ex puritate niteret, qua maior sub Deo reperiri non potest. *D. Anselmus.*

Fuit ergo Dei Genitrix electa, & præelecta inter omnes Adæ posteros, ut absque ejus communi labe conciperetur. *Castil. in Alphab. Marian. pag.* 192. *Et idem asserit S. Petr. Dam. Serm. de Annunt.*

(16) *Anagrammata pura.*

(17) *Anagrammata numerica.*

(18 *In lib. P. Thomæ Strozzi Societatis Jesu lingua Italica sub titulo* Controversia della Concezione della B. Vergine Maria descritta istoricamente, seconda edizione, in Palermo ann. 1703. Typographus in initio præmisit. M.C.XV. *Anagrammata numerica, auctore Joanne Batista Agnese Cæco, ex quibus colligitur Immaculata B. Mariæ Virginis Conceptio singulis ex verbis Angelicæ Salutationis:* Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

(19) Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. *Esther.* 15. 13.

(20) Ipsa sola est, cui ex filiis hominum donatum est ex virili semine procedere originalis labis immunem; & justè quidem, nam si à lege quosdam excipi justis ex causis legimus, Assuerus enim inquit suæ conjugi Esther: non pro te hæc lex constituta est. *Anton. Navarrus. Ord.*

Lethifera abſolvit Sponſam Rex lege. Ligabit
Et Sponſam, & Matrem (21) num Deus ipſe ſuam?
Lex Divina jubet, moriatur Adamica proles;
Abſit (22) at in Matrem Numinis illa cadat
Hæc animæ mors illa fuit, quam Virgine natus
Venit corporeâ (23) præcipitare ſuâ.
Corporeæ huic morti Genitus ſe ſubdidit, ultro
Et Genitrix; patiens ille, ſed iſta fruens.
Quis neget hac etiam mundum exultaſſe redemptum
Qui propriæ ſuberat, lege (24) jubente, neci.
At Lex peccati cunctos licèt obliget, idem
Haud pro Matre datam legifer expoſuit.
Gratia nil pugnat Legi. Lex reſpicit *omnes*,
Sed non te ò verax Eſther in orbe recens.
Altera (25) pulchra fuit, ſed tu (26) pulcherrima: Mundi
Tu lux, vita, ſalus: illa figura tui.
Jam ſi ſupremo lex corripit omnia fato,
Corpora & in patriam regrediuntur humum,
Cur non lege incluſus (27) Enos, incluſus (28) Elias?
Sed neque Joannes, (29) fidus ut Auctor ait.

Ecquis

Ord. Præd. tom. 1. de Concept. Et Ambr. Catheri n. ejuſd. Ord. in ſuo Opuſc. de Concept. B. M. V.

(21) Nulli devoto Deiparæ Virginis durum, ac grave eſſe videri debet, ſi pro Regina Cœli, ac Domina dicamus non fore poſitam hanc tam gravem legem, ſed pro omnibus aliis. *Raim. Paſqual. Ord. Pradic. ad cap. 5. Ep. ad Roman. ſuper verba* in quo omnes peccaverunt.

(22) Omnis creatura purè humana fuit peccato ſubdita, & per conſequens diabolo tributaria excepta Beata Virgine, quæ privilegio æterni Regis dotata eſt, ut eſſet libera à cenſu peccati, & tributo culpæ. *Palud. in Serm. de Concept.*

(23) Præcipitabit mortem in ſempiternum. *Iſai. 25. 8.*

Ero mors tua ò mors. *Oſea 13. 41.*

(24) Statutum eſt hominibus ſemel mori. *Ad Hæbr. 9. 27.*

(25) Erat enim pulchra valde. *Eſth. cap. 1. 11.*

(26) Pulcherrima inter mulieres. *Cant. 1. 7. 5. 9. 17.*

(27) Henoch translatus eſt, ne videret mortem, & non inveniebatur, quia tranſtulit eum Deus. *Ad Habr. 11.*

(28) Et aſcendit Elias per turbinem in Cœlo, & Eliſeus non vidit eum amplius, & cum quæſiſſent eum, non invenerunt. 4. *Regum cap. 2.*

(29) *Joanes Andreas Gilius à Fabriano in lib. ſuo, lingua Italica, ſub titulo* le Perſecuzioni della Chieſa: *In cujus fine deſcribitur Euangeliſtæ Joannis vita, & verbis ſequentibus concluditur.* Eſſendo giunto al nonanteſimo nono anno del'età ſua, & al ſeſſanteſimo ottavo dopo la Paſſione del Salvatore noſtro, fattaſi cavare la ſepoltura nelia Chieſa di Eſeſo, convocato una mattina il popolo, celebrata, ch' ebbe la meſſa, e data loro la benedizione, eſſendo giunta la felice ora ſua, vivo, e ſano entrò in quella ſepoltura, e toſto che fù dentro, uno maraviglioſo ſplen-

Ecquis ſcire poteſt, ubi Numen condidit illos,
Quo fuerint rapti, quam tenuere viam?
Nonne ex electis pariter rapietur (30) in altum
Quiſquis erit vivens, adveniente Deo?
Ergo illi excepti ſi lege fuere ſecunda,
A' prima cur non excipienda (31) Parens?
Altera, quæ pariter cunctos ſententia (32) claudit
Omnis homo mendax: Abſit, ut & MARIAM
Quis tam effrons dæmon, vel dæmone tetrior extat,
Qui mendacem auſit dicere Chriſtiparam?
Tam ferus & Domini cupiens ita lædere Matrem,
Ut jaculum pariter torqueat in Genitum?
Quiſve adeò inſanus, qui jactet voce, MARIAM
Nec ſervare datam corde, nec ore fidem?
Atqui mentiri (33) codex ſacer arguit omnes,
E' quibus eſt Genitrix excipienda Dei.
Codice ſed ſancto, voce ut credatur in *Omnes*
Impletus numerus, maxima (34) pars ſatis eſt.

C ii Ergo

ſplendore la circondò tutta, il quale ſparendo toſto, ſparve anche il glorioſo Apoſtolo, e più non fù in terra veduto, e la ſepoltura ſua rimaſe aperta, e vacua; onde molti ſono d'opinione, che in anima, e in corpo foſſe trasportato al Cielo. Altri, che avvenne a lui, come a Mosè, que morendo, gl' Angioli ſepellirono il ſuo corpo, e non ſi sà il luogo. Altri, che fù rapito al Paradiſo terreſtre vivo, e che verrà poi a predicare contra l' Antichriſto &c.

(30) Quia nos qui vivimus, qui reſidui ſumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipſe Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de Cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgunt primi. Deinde nos qui vivimus; & relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. *Ad Theſſalon. 1. cap. 4.*

(31) Cur ergo non Beatiſſima Virgo à lege tam dura peccati originalis excipienda erit? *Ant. Navarr. Ord. Prædic. ad textum S. Paul. tom. 1. de Concept. B. M.V.*

(32) Omnis homo mendax... Omnes ſub peccato ſunt..... non eſt juſtus quiſquam..... Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt.... Non eſt qui faciat bonom, non uſque ad unum.... Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. *Ad Rom. cap. 3. 4. 9. 10. 12, & 23.*

Omnes peccato ſunt ſubditi ſecundum illud. *Joan. 1.* Si dixerimus, quod peccatum non habemus &c. dempta ſola tamen B. Virgine, quæ fuit ab omni peccato præſervata. *Petrus de Palude Serm. de Concept.*

Sola Maria excepta, cæteri omnes quid dicere poſſunt, niſi quod Apoſt. Joan. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. *D. Bernardus. Serm. de Concept.*

(33) Non eſt homo, qui non peccet *Reg. 3. cap. 8.*

In multis offendimus omnes. *Epiſt. S. Jacobi cap. 3.*

(34) Secundum eum modum, quem ſæpe expoſuimus Scripturarum, omnia non ad totum referenda eſſe, ſed ad partem

Ergo quis exceptam quacumque à lege Parentem
Non putat eſſe Dei, ſicque decere Deum?
Inſuper exceptos hic terminus *omnis*, & *omnes*,
Ut vox *nemo* habuit, debet habere ſuos.
Affirmat vox illa *omnes*, negat altera *nemo*;
Utraque conſimili eſt percipienda gradu.
Chriſtus ab hac *nemo* (35) ſe certè excepit, & æquè
Joannem, in foliis inquit ut iſte ſuis.
Perfidiam huic ſoli voluit (36) referare futuram;
Scire, nec hanc ſocii tunc potuere ſimul.
Hoc autem nemo ſcivit: Sunt verba Joannis.
Hæc vox dilectum non capit ergo tuum?
Chriſte, quid hoc? Sic ille meret dilectus honorem,
Ut tantum teneat, tu velut ipſe foret?
Tu, bone JESU, vir Deus es; vir purus at ille.
O' quantum differt utraque conditio!
Attamen ut Genitrix (38) tua pura evaſit ab *omnes*,
Sic ille in *nemo* ne capiatur, agis.
Gratum nomen erat Joannes, (39) gratia nempe,
Cujus opus Genitrix, aſt opifex Genitus.
Tanta erat inter eos hæc gratia, ut inde Joannes
In Matrem MARIAM dignus (40) habere foret.
Excludit ſi hoc *nemo* igitur Genitumque, & amicum,
Soſpes ab illo *omnes* ſic fuit alma Parens.

Ex

tem maximam. *D. Hieron. ad Pap. Damaſum.*

Familiare eſt Divinis Eloquiis, ut omnes nonnunquam dicant, nec tamen omne humanum genus in ipſis omnibus ſemper intelligere commoneant. *D. Fulgent.*

(35) Nemo te condemnavit mulier? Nemo, Domine: nec ego te condemnabo. *Joan. cap.* 8. 10, *&* 11.

(36) Reſpondit Jeſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. *Idem Joannes cap.* 13. 26.

(37) Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium. *Idem Joan. ibid.* 28.

(38) Virum de mille unum reperi, ſcilicet Chriſtum, qui eſſet ſine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omnino immunis eſſet, ad minus originali, vel veniali. Excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima, Virgo Maria. *Doct. Angel. in Ep. ad Galat. cap.* 3. *ſect.* 6. *Juxta octo veteres editiones ab ann.* 1513, *ad* 1555; *ut affirmant Turrecrem. tract. de Concept. Caterin. in Opuſc. de Concept. Dore in idea virt. Cucharus in Elucidation. Caniſſius de B. Virg. Salmer. in Ep. ad Roman. Carcanus Ojeda Serrana, & alii apud ipſos, ut refert Strozzi lib.* 4. *cap.* 7.

(39) Joannes interpretatur Gratia.

(40) Ecce Filius tuus. Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua. *Joan. cap.* 19. 26, *&* 27.

(41) In

Ex lege haud Virgo eſt, quæ candida lilia fœdat,
Nec ſine concurſu fit gravis ulla viri,
Ipſa nec emittit fætum, (41) niſi preſſa dolore.
Quid legem hanc ſtatuit, ni ſcelus, Eva, tuum?
Hac ſub lege quidem tenet altus legifer omnes,
Mater peccati nam prior illa fuit.
Filia ſed quamvis, excepta (42) eſt lege MARIA;
Nullo etenim ſubiit tempore legis onus.
Cauſa per effectus ſeſe conferre videtur;
Cum tamen hi deſunt, defuit (43) illa prius.
Sentiat effectus, qui cauſam ſentit; at illi
Contingunt nunquam, queis ea cauſa deeſt.
Non nocuit, (43) non ergo Dei lex prima Parenti:
Si procul effectus, hinc quoque cauſa procul.
Corporeis hinc Virgo fuit ſi libera pœnis,
Utique nullum animæ geſſerat ante probrum.
Plus præſervatam mentem, quam corpus habere
Maior Divinæ (45) gloria Matris erat.
Verbo concepit VERBUM, peperitque dolorum
Inſcia, virgo prius, poſteriuſque manens.
Fæmineum genus omne ferat pariendo dolores,
Dante puerperio, gaudia Chriſtiparæ.

Cur

(41) In dolore paries. *Gen.* 3.

(42) Chriſtus dedit maiora dona, & minus neceſſaria Virgini. Patet, quia eam ſuam Matrem fecit: Ergo & minora dona dedit, ſcilicet præſervationem à peccato originali. *Item*: Præſervavit Virginem à pœna Evæ, ergo & à culpa. *Barthol. Piſan. de Laud. Virg.*

(43) Ipſa fuit munda ab originali peccato, quod fuit incinerationis, & putrefactionis cauſa; ceſſante ergo cauſa ceſſare debuit effectus. *Joan. Bromiard. part.* 2. *cap.* 3.

(44) Minus eſt quicquid in corpore, quam quicquid in anima violari poteſt. *D. Auguſt.*

Magis decuit Deum Virginem Matrem præſervare à macula mentis, quam à dolore corporis. Patet: Quia anima hominis eſt præſtantior corpore. *Item*: Quia macula mentis ſine proportione gravior eſt dolore carnis. *Marſilius in lib.* 2. *Sent. a.* 20. *à* 2.

(45) Filium Dei concepit, & ſine dolore aliquo peperit. *S. Joan. Damaſc.* ſine dolore peperit. *D. Thom.* 2. 2. *a.* 164. *à* 2.

Parere ſine dolore, & læſione virginitatis eſt effectus connaturalis Juſtitiæ originalis, & ſtatus innocentiæ. *Idem p. p. q.* 28. *a.* 2, & 4.

Ergo ſi Virgo incorrupta, hoc eſt, ſine dolore, & læſione virginitatis peperit Sanctum Dominum Virtutum, non contraxit peccatum originale. *Andr. Peruzzin. in Analyſi puriſſ. Conceptionis.*

Maius eſt ſine dolore parere, quàm ſine peccato concipi; ſed B. Virgo ſine dolore peperit; ergo & ſine peccato concepta fuit. *Buſtus in Mariali p.* 1. *Serm.* 5. *de Concept.*

Præciſum eſt in ea illud Evæ infelicitatis elogium, quo dicitur: In dolore paries



Cur ſola eximitur pœnali à lege MARIA,
Ni quia peccati non rea legis erat?
Si per ſe patet hæc ratio, (46) non illa probanda eſt,
Sed credenda omni libera lege Parens.
Fauſta alvus! Tu terra (47) inſons, quin terra beata,
Quæ ſi terra fuit, non redit, unde venit.
Non redit in terram (jam lex, (48) naturaque cedant)
Quæ dedit hic fructum, (49) terra beata, ſuum
Ipſa caro, quæ terra fuit, ſuper aſtra locatur:
Illic, quæ Geniti (50) eſt, imperat ipſa caro.
Quomodo Virginea (51) hæc tellus, niſi ſordibus expers,
Concepto è Cœlis germine digna foret?
Quæ, niſi Virgo, (52) bona illa arbor, bona terra vocatur?
Hæc ſine Adæ ſpinis, fructibus illa bonis.
Si bona non fuerit radix ab origine plantæ, (53)
Venturus fructus nec bonus eſſe valet.
Iſta (54) ſed eſt melior, Divo quia rore repleta;
Optima, quam Geniti gloria tota replet.

Ter-

ries filios tuos; quia iſta in lætitia Dominum peperit. *D. Auguſt. Serm.* 18. *de Sanct. qui eſt* 2. *de ann.*

(46) Quod per ſe patet, non indiget probatione. *Ariſt. lib.* 2. *Politic.*

(47) Benedixiſti Domine terram tuam. *Pſalm.* 84. 1.

Hæc eſt enim incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni præterea peccati contagione libera, per quam vitæ viam agnovimus. *D. Brun. in Pſ.* 101.

(48) Terra dedit fructum ſuum. *Pſal.* 66. 5.

(49) Omnia, quæ de terra ſunt, in terram convertentur. *Eccliſ. cap.* 40.

(50) Putredo nempe, & vermis humanæ eſt opprobrium conditionis, à quo opprobrio, cum Jeſus ſit alienus, natura Mariæ excipitur, quam Jeſus de illa ſumpſiſſe probatur: Caro enim Jeſu caro eſt Mariæ. *D. Aug. Serm.* 4. *de Annunt.*

(51) Terra benedicta, & ab omni limo peccati mundata, non à limo, qui infuit, ſed qui infuiſſet, ſi præſervata non fuiſſet, ita ut modus benedictionis hujus terræ fuerit, non per ablationem limi, qui pro inſtanti, vel pro modico tempore infuit, ſed per perſervationem, quia nunquam in hac terra limus fuit. *Petrus Bardus Serm.* 5. *de Concept.*

(52) Congruè appellatur Chriſtus fructus: quia ſicut fructus bonus arborem, vel terram, de qua naſcitur, commendabilem reddit, ſic & Chriſtus Virginem glorioſam, de qua tota benedicta, totus eſt natus benedictus. Unde ei dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quia fructus facit cognoſci qualis ſit terra, vel arbor, unde oritur, ſic Chriſtus Virginem. Unde *Matth.* 7. à fructibus eorum cognoſcetis eos. *Richard. Laurentin. lib.* 1. *de Laud. Virg. cap.* 7.

(53) Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. *Matth. cap.* 7.

(54) Arbor bona, quæ optimum fructum facit, *Matth.* 7. non poteſt arbor bona, id eſt Maria, bona in natura, melior in gratia, ſed optima in gloria, fructus malos facere, quia à radice fructus arboris pullulat. *Alb. Mag. in Bibl. mag. ad Textum.*

(55)

Terra insons tu Diva Parens procul abfuit à te
 Limus Adæ; voluit (55) te Deus esse suam;
Teque suam benedixit: Idem non fecerat illi
 Terræ, ex qua primum finxerat ipse virum.
Quomodo sed poteras sua non divinitus esse,
 Ut præservatum (56) pro Deitate solum?
Nomine ceu plantæ, terræ ceu, Diva, beatæ
 Tecum communis (57) lex nihil ulla potest.
Audio sed doctæ modulamina dulcia vocis,
 Culpam quæ faustam prædicat hisce sonis.
„ Fortunatus homo! Magis ipso à crimine felix!
 „ Si minus errasses, assequerere minus.
„ Nam quanti tua culpa boni censetur origo;
 „ Quantumque esse Deum te cupiisse juvat!
„ Criminis exactor fit amore satisdator idem,
 „ Quique fuit vindex, ipse redemptor adest.
„ Vertitur in duplicem tua summa audacia honorem,
 „ Utque Deus fias, fit Deus ipsus homo.
„ Peccati sedenim quia nasci opportuit expers
 „ Victima peccati, non luitura suum,
„ Debuit Adami tam purâ ab origine stirpem
 „ Extrahere, ut maculæ nil reliquum indueret.
„ Matrem ergo, unde humana sibi est delecta propago,
 „ Immaculatam etiam debuit eligere.

Par-

(55) Amplius autem in hoc Psalmista proponit, quia terra Domini est, non enim illic dixit Scriptura, Formavit Deus hominem de limo terræ suæ: Hanc autem dixisti Domine terram tuam..... Hominem illum terrenum cum isto cœlesti conferentes, hoc primum in factum illius abesse percipimus, quod terram ipsam, cujus de limo formavit eum, non benedixit Deus: Ecce autem in ista cœlestis Hominis factura nova, Psalmista succinit: Benedixisti Domine terram tuam. *Rupert. Abb. lib.* 1. *de Operib. Spirit. Sanct. cap.* 11.

(56) Decuit & Matrem Dei esse purissimam, sine labe, sine peccato. Unde ne solum quando puella, quando parvula sanctissima, sed & in utero sanctissima, & in Conceptione sanctissima; non enim decebat Sanctuarium Dei, Domum Sapientiæ, Reliquiarium Spiritus Sancti, urnam Mannæ Cœlestis, aliquam in se labem habere. Propter quod, antequam anima illa sanctissima infunderetur, planè fuit caro illa mundata ab omni fæce, & labe, & anima, cum infusa est, nullam habuit ex carne, nec contraxit labem peccati. *D. Thomas de Villanova Serm.* 3. *de Nattvit. Domini.*

(57) Exempta es à lege virginitatem in partu amittendi, à lege ex viro concipiendi, à lege cum dolore pariendi, à lege in cinerem revertendi, à lege peccata venialia non effugiendi, &c. Cur non & à

lege

Parthenis immunis communi ut labe putetur,
Altera nec ratio fortior ulla patet.
Quærere quin fruſtra tu mens (58) incerta laboras,
Tanti operis ratio qualis ineſſe queat.
Labilis humana eſt cogitatio: ſcandat in altum,
Sed timeat, lapſu ne graviore ruat;
Nam timor eſt virtus ſapientis, & omen amantis;
Quod Numen peragit, nil (59) rationis eget.
Tangere Conſilii Divini arcana quis audet?
Quid Deus ipſe velit, quis cogitare valet?
Cor ſapiens (60) niſi tu dederis, Deus optime, ſenſum
Quis ſciet, aut poterit mente tenere tuum?
Factus homo (61) ex MARIA es, redeas ut victor averni;
Non matrem dæmon noverat ergo tuam.
Mater enim tua debuit Immaculata creari,
Aptus maior honos hic Deitatis erat.
Omnipotens eſt tu ſolus; te propter (62) & orta eſt
Omnibus ex geſtis gloria ſumma tuis.
Nonne (63) Auguſtinus, Bernardus (64) & inde MARIAM
Immunem ſenſu ſuppoſuere pari?
Vox quam primi, audi, reſonans ſit in ore ſecundi:
Quâ de culpa agitur, Chriſtipara excipitur.

Abſit,

lege peccati originalis incurrendi? *Tirini Comment. in S. Script. tom. 2. in Indice variar. mater. pro feſto Concept.*

(58) Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ.... *Sapient. cap. 9. 13, & 14.*

(59) Omninò autem, cum Deus aliquid facit, nulla opus eſt ratione..... *S Joan. Chriſoſt.... Homil. 65. In Joann. poſt medium.*

(60) Senſum autem tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam? *Sapient. d. cap. 9. 17.....* Dei enim conſilium humana vota non capiunt.... *D. Ambr. lib. 5. comment. in Luca cap. 6. poſt init.*

(61) Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere.... *ad Galatas. cap. 4. 4.*

(62) Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. *Proverb. cap. 16. 4.*

Univerſa propter ſemetipſum ſeu ad gloriam ſuam in iis manifeſtandam, *operatus eſt* creavit, & condidit *Dominus. Tyrinus Comment. ad text.*

(63) De qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam prorſus habere volo quæſtionem. *D. Aug. lib. de Nat., & Grat cap. 36.*

(64) Non eſt in filiis hominum magnus, vel parvus tanta præditus ſanctitate, nec tantæ religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus: præter Matrem Immaculati peccatum non facientis, ſed peccata mundi tollentis; de qua, cum de peccatis agitur, uullam prorſus volo habere quæſtionem.... *D. Bernardus Serm. 15. in cœna Dom. Pariſiis anno 1640. è typo Regia, ut refert P. Jean. Croiſet. in lib. Exercices de Pieté pour tous*


les

Abſit, Parthenii dubia argumenta decoris,
    Conſilio ipſorum, mente tenenda forent.
Communi pro lege quis ut præceptor Aquinas?
    Lege ſub hac MARIAM non tamen (65) ipſe locat.
Quin præſervatam de labis origine ſenſit,
    Dicta Hypponenſis (66) commemorare placens.
Sed quæ mens fuerit, quænam ſententia Thomæ,
    Carmina plus referant hoc propiora jubar.

les jours de l' année mois de Decembre, *fol.* 216.

(65) L'Angelique Docteur Saint Thomas, l'Oracle de la Theologie, & l'un de plus grands ſerviteur de la Sainte Vierge, ne s'explique pas moins clairement ſur ſon Immaculée Conception: j'ai trouvè un homme, dit-il, ſçavoir Jeſus Chriſt, qui eſt ſans peché, mais je n'ai trouvè aucune femme, qui en fût tout à fait exempte juſqu'à l'originel, & au veniel: excepté la tres Sainte Vierge toute pure, & digne de toute louange. *Excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo MARIA. In Epiſt. ad Galat. edit.* 1529. On peut bien trouver une creature, dit-il, ailleurs plus pure que tout ce qui ſe trouve de pur dans ce qui eſt crée, ſi elle ſe trouve exempté du peché d'origine: & telle a eté la pureté de la Bienheureuſe Vierge, qui a eté affranchie de tout peché originel, & veniel: *Et talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & veniali immunis fuit....: In* 1. *Sent. diſt.* 44. *art.* 3 *ut refert P.Croiſet ſupradictus ibid.fol.*215.

(66) Et B. Virgini, quæ fuit plena gratia, in qua nullum fuit peccatum, ſicut dicit Auguſtinus,de qua Virgine, cum de peccatis agitur, nullam volo fieri mentionem. *D. Thom. Opuſc.* 7. *in Orat. Dominic. petit.* 5.



CANTICUM III.

FAuſtus homo, peccator ovans! Ex Virginis alvo
Tu Deus (1) ut fieres, eſt Deus actus homo.
In te, ò Mortalis, naturæ vertitur ordo;
Naturæ, & legis verſus at in MARIA eſt.
Hic datus, hic nobis intactâ Virgine natus,
Chriſtus ab æterno eſt ex utero (2) genitus.
De quo utero loquitur Genitor, niſi Virginis? Ante
Præſervata igitur ſæcula Virgo fuit.
Vox Patris intonuit, cum purâ egreſſus ab alvo eſt
Chriſtus, ut infido cognitus orbe foret:
Filius hic (3) meus eſt dilectus; & audiat orbis,
Audiat, ac JESUM (4) noſcat adeſſe ſuum.
Bis Pater hunc prodit Genitum, ſemel ante diurnam
Lucem; iterum (5) dicens, te genui ipſe (6) hodie.
Temporis haſce vices variare quid innuit? Unum
Omnipotens in ſe non niſi tempus habet.
Indicat ergo duo geniti natalia Chriſti;
Natus homo eſt hodie, ſæcla ſed ante Deus.
Parthenis alma duo pariter natalia *nacta* eſt,
Filia nunc hominis, ſæcla ſed ante (7) Dei.
Ante dies oritur Divina in mente; renata eſt
Annæ in (8) ventre, Dei præmeditata Parens.

Nata-

(1) Factus eſt Deus homo, ut homo fieret Deus. *D. Auguſt. Serm.* 13. *de temp. in Vig. Ep.*

(2) Ex utero ante luciferum genui te. *Pſal.* 109. 3.

Tertullianus, & Auguſtinus putant hic agi de utero virginali B. Virginis ſolo Spiritus Sancti rore fæcundato. *Ut ait Tirinus ad text.*

(3) Hic eſt Filius meus dilectus; Ipſum audite. *Luca* 9. 35.

(4) Jeſum, id eſt Salvatorem.

(5) Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Pſal.* 27.

(6) Ante luciferum genui te. *Pſal.* 109. *ut ſup.*

(7) Deum eam ſic elegit, & præelegit ante mundi conſtitutionem, ut Sancta, & Immaculata eſſet Dei Mater, & Filia, ab æterno præſervata ab omni labe peccati. *D. Auguſt. Serm. de Nativit.*

(8) Adjuvabit eam Deus manè diluculò. *Pſal.* 45. 5.

Auxiliatus eſt ei Dominus in ipſo ortu matutino. *D. Angelic.*

Naſci de matre eſt in lucem prodire: in matre naſci eſt ipſum concipi. *Idem D. Angelic.*

(9)

Natali hoc rursum (9) duplex involvitur ortus:
Intra uterum prior est, alter & ex utero.
Ortus dicenda est primus Conceptio; sic te
Natum in conceptu (10) vox sacra, Christe, vocat.
Ex utero, inque utero Christi fuit ortus uterque:
Matris quare non alter, & alter erit?
Actus uterque, licèt varius, rem spectat eandem;
Est prior incipiens, (11) expedit alter opus.
Parthenius si labe carens (12) conceditur ortus,
Ante à conceptu (13) nec maculatus erat.
Primo ortu, Matrisve utero concepta Virago
Aurora est surgens, non fuit, ergo cadens;
Nam tulit Auroræ surgenti noctis in umbras
Ipse suæ lucis Sol oriturus opem.
Nulla Dei in mundum patuit dilectio maior;
Illi Unigenitum (14) quàm dare sponte suum.
Hunc Pater ergo dedit, Genito dedit (15) utique Matrem;
Christus homo fieri nam sine Matre nequit.
Quantus at in Matrem fuerit quis dicere possit
Ejus amor, tantus si fuit erga homines?

D ii Quis

(9) Quam liberè ortus ab utero hic explicatur, tam liberè ortum in utero, id est conceptionem passivam, possumus explicare. *Andr. Pintus Ramires Lusitan. in suo opere Concept.*

(10) Non solùm per ortum Auroræ intelligenda est Virginis nativitas, quæ propriè appellatur ortus, siquidem Conceptio non minus, imò magis dici potest ortus, quàm nativitas, cum ipsa sit principium existentiæ, quæ res dicitur ex potentia suarum causarum extrahi: unde (*Luca.* 1.) de Christo, qui adhuc utero Matris suæ detinebatur, scribitur: Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est. *Andr. Duvalius D. Sorbonen in suo tract. de Concept.*

(11) Neque enim potest negari, quin vel maximè Conceptio ipsa Virginis fuerit quoque ejus ortus, rei namque ortum maximè dicimus esse ipsum rei principium. *Valent. in* 3. *p. D. Thomæ tom.* 4. *disp.* 2. *q.* 1. *punct.* 2.

(12) Ortum surgentis Auroræ (id est) B. Virginis, quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis. *D. Angelic. ad* 3. *cap. Job.* 3. *p. q.* 27. *art.* 2.

(13) Exponunt ortum Auroræ pro nativitate Mariæ, quæ fuit ex utero, cur non potius pro illa, quæ fuit in utero? *Ambr. Cather. in sua Disput. pro Immacul. Concept. lib.* 1.

(14) Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. *Joan. cap.* 3. 16.

(15) Virgo Maria ad hoc concepta fuit, ut in ea Filius Dei incarnaretur. Si ergo, ut in ea Filius Dei conciperetur, ipsa concepta fuit; concluditur, ut Filii Dei Incarnationem Conceptionis ipsius Virginis causam finalem extitisse. Quare ut ex præmissis rationibus colligitur, oportuit materiam, & formam ipsius Immaculatæ Virginis perfectiorem, ac sublimiorem quacumque alia materia, & forma in genere humano fuisse, ac sine peccati

Quis ſtupor, immunem Genitricem crimine ab omni
Si Nato eligeret, (16) perficeretque ſuo!
Quidve minus potuiſſet agi pro Virgine Matre?
Si minus egiſſet, (17) degeneraret amor.
Ille potens antiquus amor, qui Numen & ipſe eſt;
Cujus & imperio paruit ipſe Deus.
Nonne auferre genus mortale draconis ab ungue;
Nonne tui eſt? Genito dixerat ipſe Deo.
I' vindex propera. Puræ per Virginis alvum
Egredere, (18) & cædes mors tua mortis erit.
Sit tibi conveniens, (19) quamvis mortalis & ipſa
Mater origineo non violata probro.
Omnia nonne potes? Ut puro ex germine ſurgas,
Virgam in Jeſſea ſtirpe creare decet.
Hæc Divinus Amor: Genitoque probante, (20) futuræ
Decreta eſt omnis gratia Chriſtiparæ.
Concipitur Virgo: dein vitæ ad lumina ſurgit,
Fauſta dies! Radio nunc meliore nites.
Ecce ſerenandis nova nunc Aurora tenebris
Sternit ad occidui lumina Solis iter.
Sed, licet occidui fulgens prænuntia Solis,
Afferet æternum vel ſine nocte Diem.
Terraque ſubſultans, procul hinc, ait, ite tenebræ.
Nunc fruor Aurorâ, poſtmodo Sole fruar.

Deni-

cati initialis infectione productam. *Petr. Galatinus. lib. de arcan. cathol. verit. cap. 6.*

(16) Aliàs non fuiſſet idonea Dei Mater. *D. Angelic. 3. p. q. 27. n. 2.*

Cum omnes credant B.V.M. fuiſſe idoneam Matrem Dei, debent etiam credere ipſam fuiſſe immunem ab omni labe peccati, quia aliter non fuiſſet congrua Mater Chriſti. *Bern. de Buſtos in Marcial Serm. 2. de Concept.*

(17) Nullus hominum, vel Angelorum penetrare poteſt immenſitatem divini amoris erga Virginem.... Amavit eam Deus, antequam ex ea naſceretur, ut eſſet de qua dignè naſceretur. *D. Anſelm. de Excell. B. V. M.*

(18) Sicut impoſſibile erat, ut humani generis redemptio fieret, niſi Dei Filius de Virgine naſceretur, ita etiam neceſſarium fuerat, ut Virgo, ex qua Verbum caro fieret, naſceretur. *S. Petr. Damian. Serm. 8. de Nat. Virg.*

Ero mors tua ò mors... *Oſea 23. 41.*

(19) Non peccatum Adæ, ſed gratia Chriſti ſe extendit ad B. V. *A Lapide.*

Talem ſibi ex omnibus debuit deligere, imò condere Matrem, qualem ſe decere ſciebat, & ſibi noverat placituram. *S. Bernardin. Senen.*

(20) Antequam ego formata eſſem in utero fui deſtinata, ut eſſem Mater Dei, & cum in viſceribus Matris formarer, tunc domus mea, tanquam domus Dei fabricabatur, non tanquam ſpelunca Satanæ.

Ludo-

Denique Virgineam Deus (21) eſt illapſus in alvum;
Exit, & in noſtram devenit hoſpes humum.
Noſtram, inquam, dextræ Divinæ (22) ex munere; at alti
Imperii ſervans (23) jus aliunde ſuum.
O' amor, ò pietas, ſumma ò clementia! Tanto
Vilis quod pretio ſit redimendus homo!
Ah miſerator amor! Deus eſt tua juſſa ſecutus;
Mortali induitur carne tegente Deum.
Hanc prædilectam ſibi condidit ante puellam,
Quæ ſua digna parens, & tua (26) ſponſa foret.
Utque ſuum tueatur opus, ſub lege teneri
Annuit, & noſtri ſanguinis eſſe puer.
Maxima probra pati voluit mortalia, & inſons
Agnus nos pretium ſanguinis eſſe ſui.
Victor io Divinus amor! Quot magna patraſti?
Sunt hæc (27) per noſtram concelebranda fidem.
Pro nobis quanta egiſti miracla redemptis!
Iſta (28) Fides nobis omnia nota facit.
Una perobſcuræ Triados myſteria cernit,
Numen, & eſſe unum, non tria, ſola videt.
Prodigioſa fides! Reſeras tu lumina mentis
Me nihil abſque (29) tuo lumine ſcire ſcio.

Non

Ludovic. de Carvajal. Declam. de Concept.

(21) Habitat in Angelis Deus, ſed non cum Angelis, quia cum illis ejuſdem non eſt eſſentiæ. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum quà unius naturæ habet identitatem. *S. Petr. Damian. Serm.* 1. *de Nat.*

(22) Terram autem dedit filiis hominum. *Pſalm.* 113. 16.

(23) In propria venit. *Joan.* 1. 11.

(24) Spiritus Sanctus amor eſt. *S. Gregor. Papa Homil.* 30. *in Evang.*

(25) Factor hominum, ut homo fieret naſciturus de homine, talem ſibi ex omnibus debuit eligere, imò condere Matrem, qualem & ſe decere ſciebat, & ſibi noverat placituram. Quis autem non perhorreſcat dicere, decuiſſe Matrem Dei originali macula fuiſſe inquinatam, aut Deo placiturum iri Matrem ſumere quadam peccati turpitudine fædatam; *D. Bernard. Hom.* 1. *ſuper Miſſus eſt.*

(26) Sponſabo te mihi in fide. *Oſea* 2. 24.

(27) Fides noſtra eſt mera operatio Dei. *Idem D. Bernard....*

Quia rectum eſt Verbum Domini, & omnia opera ejus in fide. *Pſalm.* 32. 4.

(28) Fides eſt Divinitatis confeſſio. *S. Iſid. lib.* 2. *de diff. Spir. differ.* 31.

(29) Fide percipe, quia ne minima quidem opera Dei aſſequi poteris ſine fide, dicente Scriptura: Omnia opera ejus in fide. Sed tu hic totum vis in ratione conſtare, ubi totum conſiſtit in fide. *D. Chryſoſtom. ut in Bibliot. Manſi.*

(30)

Non equidem plus ſcire decet, quàm quidquid (30) oportet
Scire; ſed una fides ulteriora docet.
Diſce Fidelis: Amare ſcias, (31) quod debet amari.
Deſpice quod poterit Numinis eſſe probrum.
Quid mage conveniens ſoboli, quàm fama parentum?
Ergo Deo exceptâ de Genitrice placet.
Noſtra fides hæc ſola Dei bene noſcit honorem,
Et Deus abſque fide quomodo notus erit?
Nec niſi per fidei dignos (32) cognoſcimur actus,
Hinc nos Paſtor oves approbat (33) eſſe ſuas.
Grex ſolet eſſe fugax incredulus; at bonus inde
Cognoſcit proprias Paſtor, & audit oves.
Nil aliud, quàm noſtra fides, ſcit (34) vincere mundum,
Arma ſuæ fidei qui gerit, illa Dei eſt.

Ut

(30) Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & unicuique, ſicut Deus diviſit menſuram fidei. *Ad Roman. cap.* 12. 3. Non plus ſapere, id eſt de occultis Dei non plus inquirere, quàm oportet, id eſt quàm ad fidem, & religioſos mores pertinet; ſed ſapere ad ſobrietatem, ut mens eorum non inebrietur, ut ſenſim perdat nimietate ſapientiæ, dum in his, quæ ſupra vires humanæ rationis ſunt ſe immerſerit, ſed moderato intelligentiæ poculo ſobria ſit. *D. Anſelmus in Ep. ad Roman. cap.* 12. 3.

(31) Da mihi Domine ſcire quod ſciendum eſt: hoc eſt, amare, quod amandum eſt: hoc laudare, quod tibi ſummè placet: hoc reputare, quod tibi pretioſum apparet: hoc vituperare, quod oculis tuis ſordeſcit: *Io: Gerſen. Abb. de Imit. Chriſt. lib.* 3. *cap.* 50. 7. *juxta Roman. edition. A. C.* 1644. *ex Typographica Officina Sacræ Congregat. de Propaganda Fide.*

Pro eruditione notandum, quid à Domno Conſtantino Caietano Abbate Benedictino dictum ſit de veritate Auctoris relati libri in initio ejus Prologi ad lectorem in ſupradicta editione Romana.

En tibi, lector, aureum illud, ac plane Divinum de Imitatione Chriſti Opuſculum è vetuſtioribus manu-exaratis noſtræ Anicianæ Bibliothecæ codicibus erutum, & ad eorum fidem multo accuratius, quàm antehac recognitum; nec non Joanni Gerſeni Abbati, Auctori ſuo vero reſtitutum. Joanni, inquam, Gerſen; Abbati Benedictino Vercellenſi, non Joanni Gerſon, Cancellario Pariſienſi, aut Thomæ á Kempis Canonico Regulari, quibus à nonnulis antehac tributum erat. Fuit Thomas a Kempis, ut omnes norunt, natione Teutonicus, ſeu Belga, Ordinis S. Auguſtini, Clericus Regularis, in Monaſterio S. Agnetis prope Zuvolhis, Diœceſis Traiectenſis, ubi vitam ſuam, ad Redemptionis noſtræ annum 1471., & ætatis ſuæ unum ſupra nonageſimum ſanctiſſimè produxit. Joannes autem Gerſon (à pago de Gerſon in Gallia, unde oriundus erat, vulgò ſic dictus) cognomento Carlerius, Clericus ſòlum ſæcularis, Doctor, atque Cancellarius Academiæ Pariſienſis, doctrina pariter ac pietate perſpicuus. Is Lugduni anno Chriſti 1429. ex hac vita migravit. Joannes verò Gerſen, librorum quatuor de Imitatione Chriſti germanus Auctor, ortu Italus, de Canabacco agri Vercellenſis oppido, & Cœnobii S. Stephani Ordinis S. Benedicti in Civitate Vercellarum Abbas ad annum Chriſti 1220: vel circiter ſuperſtes, Gerſoni Cancellario, nedum Thomæ Kempenſi, ducentis annis anterior extitit.

(32) Per fidem namque ab Omnipotenti Deo cognoſcimur. *S. Gregor. Papa de expoſitione ſuper Ezech. hom.* 3. *lib.* 1.

(33) Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. *Joan. cap.* 10. 14.

(34) Omne, quod natum eſt ex Deo, vincit mundum, & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. 1. *Joan. c.* 5. 4.

Quam licet mens non queat humana plenè rationis inveſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. *D. Ambr. lib.* 4. *in Lucæ cap.* 5.

(35)

Nonne ſtupens fidei Danielis plaudit & ipſe
    Princeps, nempe ſuo (35) credidit ille Deo?
Ut Paulum, te viva fides ſuper æthera tollet,
    Si meritus fueris, Paulus ut ipſe fuit.
Verba per humanam non exponenda loquelam
    Audiit ille, (36) audit noſtra, capitque fides.
Hæc igitur nolente Deo ſecreta referri,
    Non niſi per vivam ſunt capienda fidem.
Concepit Virgo alma Deum, (37) quia credidit; uni
    Dandum ergo eſt Fidei, quod Deus extet homo.
Zaccarides ſuſpenſa fides quid profuit ipſi?
    Defuit illa animo, deficit ore ſonus.
Os mutum (38) tibi Dive Senex, & inertia linguæ,
    Cordis aberrantis debita pœna fuit.
Quam tamen excluſit mens prava incredula vocem,
    Credenti rurſum reddidit (39) ipſa fides.
Ergo age, quiſquis ades; ne te pœna ulla ſequatur,
    Omni Chriſtiparam diſce carere probro.
Ah quoties tanti Virgo argumenta decoris
    Præſtitit eloquio firma, & aperta ſuo!
Nominis ut proprii (40) apparens hic nempe Patrona,
    Formam viſibilem (41) præbuit ipſa ſui.
Felices oculi, queis dat ſe ſpontè videndam,
    Quanta polo, & qualis cernier illa ſolet!
Cœlicus aſpectus, licèt indignatus obiret,
    Cor, veluti Magnes, durius alliceret.

Sed

(35) Eductus eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inventa eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. *De Dan. Proph. cap.* 6.

(36) Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. 2.*ad Corinth. cap.* 12. 4.

(37) Beata, quæ credidiſti; quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Luca* 1. 45.

(38) Non poteris loqui uſque in diem, quæ hæc fiant, pro eo, quod non credidiſti verbis meis. *Luca cap.* 1. 20.

(39) Meritò continuò reſoluta eſt lingua ejus: quia quam vinxerat incredulitas, fides ſolvit. Credamus & nos igitur, ut loquamur, ut lingua noſtra, quæ incredulitatis vinculis eſt ligata, rationis voce ſolvatur. *S. Ambr. lib.* 2. *Hom. in Luca cap.* 1.

(40) Ubi eſt honor meus? *Malach. cap.* 1. 6.

(41) *B. Ermanno Joſepho Ordinis Premonſtraten. qui ſanctitate, ac ſua vita innocentia floruit circa ann.* 1230, *cui frequenter apparebat B. Virgo, ut narrat Strozzi in Hiſt. Concept. lib.* 1. *cap.* 13. *& in actis Sanctorum Hemschenii, & Papebrochii* 7. *Apr. c.* 9. *pag.* 707. *& D. Beatrici da Silva fundatrici Ord. Monial. Sanctiſ. Conceptionis in Hiſpania, ut refert præcitatus Strozzi lib.* 7. *cap.*

Sed blandè (42) objurgat Virgo, conqueftaque probrum eft
Conceptum faciens irradiare fuum.
Quid magis? Intactum MARIÆ (43) dum Scotus honorem
Certamen fidens ut tueatur, adit,
Virginis effigies caput inclinavit ad ipfum,
Annuit & certam flexile marmor opem.
I' Miles. Qui pro MARIA non ftrinxerit enfem,
Durius hoc ipfo marmore pectus habet.
Præfuit hoc rarum fignum, Scoti unde triumphus,
Partheniufque fuit concelebratus honor.
Sic fertur (44) MARIAM fovifle frequenter amicos,
Dulcibus adverfos admonuiffe modis.
Attamen immunis (45) fpernentes Matris honorem
Ultricem Geniti quot fubiere manum?

Oh

7. cap. 12. juxta Bivarium Hift. Conceptionis p. 1. §. 4. Præter exempla quamplurima, quæ leguntur in Breviar.

(42) Statuerat Magifter quidam Conceptæ Virginis laudibus pro roftris ire inficias: Adfuit interim & fibi, & hofti profpiciens magna Virgo; illum fic blandè objurgat: *Quid ego unquam malè de te merui, ò Magifter, ut meo honori officere mediteris?* Collimarunt apprimè Parentis verba præceptoris animum, qui roftrum confcendens totum fe in eafdem effudit laudes, quarum ànte faftidiofus. *Sic refert Sebaft. de Navaes lib. Lilium inter Spinas. III. Miracul. juxta Perren. Tract. de Concept.*

(43) Differturus Parifiis pro Immaculata Conceptione arenam repetebat Scotus; Virginis effigiem, quam marmoream ex itinere offenderat, hac voce confalutat: Dignare me laudare te, Virgo facrata, da mihi virtutem contra hoftes tuos. Annuit (oh prodigium!) & votis, & Devoto fimulachrum, ea nanque dexteritate in concertatione fe geffit Scotus, ut exinde & victor, & fubtilis Doctor meruerit acclamari. *Idem Navaes. ib. VI. miracul.*

D. Fr. Francifcus à Soufa Epifc. Osmenfis in approb. ad lib. Luzeri de Immac. Concept. Strozzi fupra d. lib. 4. cap. 22.

(44) *Vide ulterius. I. mirac. citatum a dicto Navaes in præcitato fuo lib. ubi refert quemdam Ludi Magiftrum Manfera, & Sacerdotem ab ejus difcipulo peremptum, cum deploratum cadaver duceretur ad tumulum, repente animam refumpfiffe, & fic dixiffe:* Noftis omnes quotquot intereftis fpectaculo, quanto animi mei ftudio magnam Dei Parentem affiduè coluerim. Enim verò quia illius Immaculatæ Conceptioni reluctantem opinionem, plus æquo religiofus, dum viverem, amplexus fum, placuit æternæ veritatis, & charæ Genitricis amatori Deo maximo me revixiffe, ut illam recantarem, teftarerque locupletiffimus ex fato teftis Sanctiffimam Mariam ab omni prorfus originali labe alienam eluxiffe; utque vobis notum fit hanc effe meæ legationis fummam, iterum difcedo. *P. Joan. Eufebius Nieremberg in vita Patriarchæ Ignatii, cap. 4. Et infuper mirac. II. in dicto Navaes. Lege Tolofæ fucceffum, ut relatum fuerat a Pelbarto in Stellar. p. 2. ad 3. & à D. Bernardino, ut refert Strozzi Hift. Concept. lib. 6. cap. 18.*

(45) Scribit Joan. Americus plurimos fe noviffe Concionatores, qui finiftrè de Conceptione dicere aufi peffimam fibi valetudinem fuere lucrati: nonnullos, qui eodem prorfus verbo ultimam vitæ, orationifque periodum abfolvere. Et certè Tolofanus quidam Theologiæ profeffor, qui coram Martino V. Pontif. fe pro maculata

Oh jam te faciant aliena pericula cautum,
Qui MARIÆ tentas attenuare decus.
Pura ſuæ ne ignota foret Conceptio Matris,
Quot voluit miris addere mira Deus?
Attamen hoc paſſim (46) refricandum dogma reliquit,
Clarior ut fieret tempore Matris honor.
Cum certaretur tamen hac pro laude MARIÆ,
Arguis hanc aliquos non tenuiſſe fidem;
Nec minus Angelicum, communi lege manentem,
Doctorem à ſenſu degeneraſſe pio.
Falleris: Ecquis enim, niſi Thomas, labe carentem
Præ cunctis (47) matrem Numinis expoſuit?
Ac ita ut expoſitor, licet ut quandoque Magiſter
Hæc clarè in Cathedra non documenta daret.
In Cathedra de lege (48) docens, quæ continet omnes,
Proſpexit legem, non aliunde videns.
Tunc neque Divinâ quidquid de Matre loquentem
Contigit Intactæ non memoraſſe decus.
Sed ſimul ac vidit, novitque id Numinis actum,
Quòd reſerare Fides mentibus una poteſt.

E Fida

culata Virginis Conceptione audacter decertaturum promiſerat, inopinato fato, & vadimonium, & vitam deſeruit, eadem nanque deſtinata concertationi dies illi ultima hujus lucis uſura fuit. *Chriſtophorus Morenus lib. de Concept. Et eſt Mirac. IV. quod narrat dict. Navaes in lib.*Lilium inter ſpinas, *jam relatum a S. Bernardino, ac poſtremò à Strozzi in Hiſt. Concept. lib. 6. cap. 18. Et Idem Navaes pro Mirac. V. refert duo infortunia, quæ eodem tempore, quo quidam audacter de Concept. ſermocinabatur, illi nuntiata fuere, id eſt de duobus ejus filiis inopinato fato infeliciter defunctis. Ecijæ anno 1616, ut retulit Balthazar Porenus in lib. de pura Concept. cap. 5. P. Fr. Emanuel ab Angelis in Triumph. S. Virginum Tract. 4. diſc. 5.*

(46) Scito, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quod ſicut ante Legem Scriptam præceſſit Lex Naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, & poſtea veniret Lex Scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus, ſic placuit Deo, quod amici ſui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet oſtenderet zelum ſuum, donec veritas clareſceret in tempore præordinato. *Revel. S. Birgittæ lib. 6. cap. 55.*

Ut veritatis ratio, non diſputationis gratia prævaleret. *D. Ambr. lib. 5. Comment. in Lucæ cap. 6.*

(47) S. Thomas omnium Doctorum Scholaſticorum publicè piam opinionem docuit, ut patet ex diſtinctione 44. lib. 1. Sent. ubi expreſſis verbis aſſerit Virginem B. immunem fuiſſe tam actualis, quàm originalis peccati. *Gutieres Ord. Prædic. c. p. conſt. q. 13. art. 15.*

Clarius præ omnibus antiquioribus Patribus myſterium hoc de Immaculatæ Virginis Conceptione docuiſſe Aquinatem. *Ep. Juſtinian. Ord. Præd. Opuſc. de Immac. Concept. 718.*

(48) Omnes in Adam peccaverunt.

(49)

Fida ovis ut Sanctum, quæ nunquam liquit ovile,
Et facer Interpres, qui magis alta videt.
Extulit immuni præconia digna MARIÆ;
Vox (49) sua sat fidei testis & ecce suæ.
Sed quis tam rabido in Thomam sit flamine raptus,
Per fas intentans vincere, sive nefas,
Nescio, qui tanti (50) ex foliis adimendo Magistri
Hanc vocem, MARIÆ raderet inde decus.
Infelix, quid falsa juvant, quid subdola gesta?
Exiguam pleno de mare demis aquam *Ovid.*

Heu

(49) Virum de mille unum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omninò immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria. *D. Thom. in Ep. ad Galatas. c. 3. sect. 6., quam auctoritatem allegant, videlicet Turrecremata Tract. de Concept. Catharin. in opusc. de Concept. Dore in idea virtutis. Cucharus in Elucidario. Canisius de B. Virgine. Salmeron in Ep. ad Romanos. Carcanus, Ojeda, Serrana, & alii apud ipsos, ut notat P. Thom. Strozzi Hist. Concept. lib. 4. cap. 7. fol. 183.*

Et sequitur idem Strozzi hisce verbis: La varietà, e moltitudine dell'edizioni hà fatto nascer contesa, se l'ultima particella dell'addoto Testo sia della penna di S. Tomaso, ò pur d'altra, che ve l'abbia aggiunta. Nella Parigina del 1654, che è dell'ultime, non vi si legge, el'Correttore dice nel margine di credere, che à niuno caderà in dubbio, che ella vi sia stata apposta nella impressione fatta in Venezia nel 1553, però che non si trova ne manuscritti, e ne codici altrove impressi. Cosi egli. Ma l'han convinto ò di trascurato, ò di falso i suoi Avversari, i quali han veduto più di lui, e l'han trovata nelle edizioni più antiche fatte in Venezia, & in Parigi dal 1513. finoal 1555; e sono non men che otto diverse, rassegnate da Pietro Alva nella sua Milizia, in cui leggonsi i nomi degl'Impressori, gl'anni dell'Impressioni, e i luoghi, ove alcune di esse conservansi. In queste dovettero vederla Torrecremata, Caterino, e Dore, celebri Tomisti, che la riconobbero per legitima del lor Maestro, come altri non pochi, &c.

(50) *Non inveni mulierem à peccato originali, vel actuali omnino immunem, præter purissimam, & omni laude dignissimam Virginem Mariam.* Assi se halla escrito en la antiquissima edicion de la Bibliotheca Viennense en el Colegio de la Compañia de Jesus apud Allobrogas; y en la del os Padres Minimos de Tolosa, año de 1529; cuyo lugar alegan el P. Henriques lib. 3. Summæ c. 11. lit. M, y Pineda in c. 7. Ecclesiast. n. 29. Y assi mismo en las ediciones Parisienses años 1529, 1532, 1541, 1592; en la Lugdunense año 1541, y en las Venecianas, años 1555, y 1590, cuya edicion Veneciana del año 1555, afirma Juan Alberto Castrense, de la Orden de Santo Domingo, ser sacada de correctissimos exemplares. Lo que assi mismo defiende Velasques de Maria immaculatè concepta fol. 40. Bien que la odiosa maldad de Fr. Remigio Florentino, en la impression, que por su orden se hizo en Antuerpia, de la dicha Obra de Santo Thomas le quitasse, y suprimiesse las sobredichas palabras: *Præter purissimam, & omni laude dignissimam V. Mariam.* Como advierte, y nota el doctissimo Thomista Fr. Jacobo Alberto, aprovando, y reconociendo por legitimas, y conformes a su original las otras impressiones arriba mencionadas, y marginando algunas de su mano, con estas palabras: *Vide hic, esse de mente D. Thomæ nullum habuisse peccatum B. Virginem.* El otro lugar de Santo

Tho-

Heu miser, Angelicæque indignus classis Alumnus
Vis Præceptoris proditor esse tui?
Alter ades Judas; ausus vitam ille Magistri
Perdere, tu famam vis lacerare tui?
Quàm tua te fallit mens invida! Fama superstes
Stat Thomæ, tuus & cognitus orbe dolus.
Perfide, si testes alienos despicis, in te
Respice quot (51) proprios ordo dat ipse tuus.
Divinæ innocua pro Matris origine cuncti
Angelicum fidâ mente fuisse ferunt.

E ii Non

Thomas es ex opusc. 4. de Salut. Angel. en que el assi escrive: *Maria purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum aliquando incurrit.* Como assegura el docto Salmeron in Ep. ad Roman. d.51.referiendose al Card.Torrequemada. Y Pedro Canisio lib. 1. de B. Virg. c. 6. y se lee in manuscr.Bibliothecæ Regiæ Parisiensis n.690. in manuscr. Monasterii S. Martini Lovaniensis lit.O. n. 7. y en la edicion impressa Monast. in Boom.B.V.Ord. S.Birgittæ in Ducatu Clivien. opusc. 8. y en la de los Padres Franciscos de Colonia; lo que todo afirma, y confirma el R. P. Pedro de Alva, y Astorga in lib. de Immaculata Concept. fol. 943. *Ut refert. Joseph Soares de Silva in suo Diar. metr. fol.* 124, & 125.

(51) P. *Sebastianus de Novaes in suo lib. Lilium inter spinas pag.* 290. *scripsit de Sacra Familia Prædicatorum quod sequitur.* Hujus clarissimi cætus tot vixere propugnatores Virginei Conceptus, ut non parum admirer, imò detester nimis acerbam eorum censuram, qui gentem hanc religiosissimam insectantur, quasi de hoc Mysterio minus meritam. Quæ profectò res in causa fuit, ut eo studio, quo universa Societas Jesu hujusce Familiæ illustrissimæ, & voluit & curavit honorem integrum, eidem & ego consuluerim, dum lentius recenseo testes, quos amplissimus hic tulit ordo pro Conceptione Virginis Immaculata.

Et primum arenam ingreditur, astris dignus, Sanctissimus Parens Dominicus. Neque enim æternæ lucis Parentem, vel brevi sceleris umbrà obscuram diceretis, qui nec dum in lucem editus, & stella, & face insigniri visus est. Grata sanè piacularium globulorum fila (Rosaria dicunt) Magnæ Matri non dicaret, si prima illis deesset Rosa: aut si inter cæteras divinâ vernantes gratiâ, hanc unam Conceptionis intermisceret, arentem æstu malæ originis. Credam igitur, nec temerè, virum Sanctissimum precariis globulis auream Immaculatæ Conceptionis appendisse Icunculam; præsertim cùm ea illi fuerit in hoc Mysterii animi propensio, ut de eo B.Andreæ dictaverit sententiam; quam & expressam dedit suo illo, & aureo libello *de Sacramento Corporis Christi.* Nec te verò, lector, de hujus libelli fide lancinet scrupulus, monitum volo gravissimos, locupletissimosque auctores de eo meminisse, præfatamque sententiam recitasse. Puta, Anton. Cuccar. Episc. Acernens. in Elucidario de Concept. B. Virginis, Gallat. lib. 7. de Arcanis Cathol. veritat. c. 5. Bernard. de Bust. Serm. 5. p. 2. lit. 1. Canis. de B. Virg. l. 1. cap. 7. Henriq. Elmesium Germipolitanum Serm. 2. de Conceptione, §. si authoritas S. Thom. Jodoc. Coc. in Thesauro Cathol. lib. 3. art. 1. Salmer. tom. 13. super caput 5. Epist. ad Rom. disp. 52. Vasq. 3. p. disp. usq. cap. 3. Hilaret. Ennead. 4. Homil. 30. Fevardentium Joan. Dadræum, & Jacobum de Cuilli in novis additionibus ad glos. super cap. 5. ad Roman. Fr. Christophor. Moreno tract. de Concept. cap. 4. §. 2. Didac. à Vega de gloria Sanct. discurs. 2. de Concept. Pinedam Serm. de Immacul. Concept. Cliethobeum tract.

Non audita ſemel fuit hæc ſententia Thomæ:
Cerne quid in ſcriptris innuit ipſe ſuis;

In

tract. de Concept. Pelbart. in Stellario Virginis. Queis adde Vincentium Belluacum in Speculo Hiſtor. l. 25. cap. 96. Theodorum de Apoldia in Vita Sancti Dominici l. 1. cap. 6. S. Antonin. 3. p. tit. 19. cap. 1. §. 4. & alios, qui omnes poſteris tradidere, hunc libellum ter in flammas miſſum, è flammis illæſum evaſiſſe. Et verò flamma non poterat abſumi, quæ pagina ab originali incendio immunem Deiparam teſtabatur. Tantum Parentem fuit ſequutus Albertus Magnus lib. de Mariæ laudibus; quem ſe perlegiſſe affirmat idem Salaz. Sæcul. 13. Hugo Cardinalis in cap. 1. & 10. Lucæ: Sanctius Porta, in Mariali, & proprio Serm. de Concept. Hugo de Prato-flor. in Serm. de Annunt. Joannes Maburnus Bruxelenſis, tit. 24. alphab. 56. Joan. Viguerius de peccato originali cap. 12. ỳ. 2. Dominicus Soto in lib. de Natura, & Grat. lib. 1. cap. 7. & cap. 5. Epiſt. ad Roman. Ambroſius Catharinus tract. de V. pura Conceptione; Leonardus de Utine, lib. Sanct. Heruæus Natalis in Epiſt. 2. ad Corinth. cap. 5. Bartholomeus Piſſanus tr. de Virg. Deip. fructu 3. Joannes Taulerus Serm. de Purificat. Robertus Holcoth. in 3. Sent. & in lib. Sapient. Salomon c. 7. Mauritius Villa Probata in Corona Mariæ, Serm. 16.

S. Vincentius Ferrerius vir ſanctitate clarus, in Serm. de eadem Conceptione. & Serm. 1. & 2. de Nativit. Joannes à S. Thoma in 1. p. tr. de authorit. Angel. Doct. d. 2. art. 2. pag. 224. Jacobus de Voragine, qui exceſſit anno 1298. in ſuo Mariali; Joannes à Sancto Geminiano pro Ordine Generalis Magiſter, in Summa de exemplis lib 1. cap. 48. Claudius de Rotta in legenda Sanctorum, Dore Pariſienſis Doctor, in lib. quem Gallico idiomate compoſuit de Imag. virtutis; Guillermus Papinius in Serm. de Concept. floruit ſub ann. 1500.

Balthaſar Sorius Ordinis Vicarius Generalis in lib. contra 7. blaſphemias. Accipe lector hujus verba, & teſte ab uno diſce omnes, ſic ille: *Itaque hoſtili hac calliditate inſpecta apertè proteſtamur, & dicimus, nihil contra Virgineum nos machinari Conceptum, aut aliquid quodlibet parvum perſuadere, quo Deifera Virgo Puriſſima originale ſuſpicetur peccatum traxiſſe: Scimus enim fidelium devotionem totopenè jam Orbe diffuſam, quam Eccleſia Sancta non reprobat.* Beatos Raymundum, & Ludovicum Beltranum è ſacro ſuggeſtu ſummàque contentione hanc ſententiam non ſemel Hiſpalenſibus inculcaſſe, ſcribit doctiſſimus Alvarus Piſſanus diſcurſ. 2.

Frater Vincentius Juſtinianus Antiſtes, vir ad omnia ſumma natus, in additionibus ad Hiſtoriam B. Ludovici Beltrani, nullum non movet lapidem (omnem credas pretioſiſſimum) ut incontaminatum Dei Genitricis Conceptum, quà argumentationum vi, quà Doctorum teſtimoniis firmet, ac illuſtret; teſtaturque ſe permultis, ſacriſque interfuiſſe concionibus, in quibus ſuæ gentis homines, tum literis, tum religione præſtantiſſimi, haud exortà ſacræ Scripturæ mente, ſuppoſitiſve Patrum dictis, modum, viamque oſtenderint, qua Diva Virgo ab omni originali, actualique labe aliena, ſimul atque a Servatore Maximo redempta eſſe & potuerit, & debuerit. Adde Ignatium Cottinium Conimb. in Prompt. Spirit. 1. p. tr. 3. de Concept. Mantium Salmanticæ Primarium Theologiæ Profeſſorem, ut refert Henriq. in Sum. l. 3. c. 11. Balthaſarem Arias, Raymundum de Paſqual, Bartholomeum de Miranda, Alphonſum de Cabrera, Ludovicum Granatenſem, Joannem de la Penna, & alios, quos adducit Porenus de Conceptione cap. 18. & Pineda de Concept.

Unus me allicit, calamumque rapit D. Thomas, cujus hæſitationi noſtra hæc ſententia acceptam refert ſtabilitatem ſuam. Habet enim hæc mortalium conditio, ut ſicut plerumque adverſa ex ſecundis, ita aliquando ſecunda ex adverſis enaſcantur. Fuerit tamen illi adverſus Angelicus Doctor necne, meum non eſt dijudicare. Et quidem abnuiſſe videtur 3. p. q. 27. art. 2. & in 3. d. 3. q. 1. art. 1. & 2. Et quodlibet. 6. q. 4. art. 1. Annuit verò in 1. d. 45. q. 1. art. 3. & d. 17. q. 2. art 4. Et in

Expo-

In quibus ah (52) quoties puriſſima Virgo vocata eſt,
Ante à conceptu nec maculata ſuo;
Tertius ac Seraphim (53) ſpeculum; puriſſima lux, qua
Nulla unquam maior, ſit niſi Numen, erit.

Sed

Expoſit. Angelicæ Salutationis hæc producit verba. *Ipſa ſcilicet MARIA puriſſima fuit, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Adde Caniſium l. 1. de Deipara. Interim expende Joannem a S.Thom.in 1.p.tract.de Auctoritate Angelici Doctoris, certò ſupponere, D. Thomam hac in re egiſſe, ſola vi communis legis inſpectà, dempto privilegio. Inſuper, nunquam tractaſſe, *An Deipara in primo animationis inſtanti fuerit præſervata*, quod etiam in Commento inſervit Caietanus hiſce verbis: *Cujus operis & difficultatis Author non meminit.* Pro quo vide Alphonſum Ayalam, & Guſman Serm. de Concept. Quibus firmiter jactis, idem Joannes a S. Thoma omnia Angelici Doctoris loca amicè conciliat, probatque,nullibi eum Marianæ Conceptioni adverſari. Conſule Pozam in Syllabis ſuarum propoſitionum 6. p. Alia incedit via M. Joannes Vitalis, qui tract. de Concept. ſeriò affirmat, ſe oculis ſitientibus perluſtraſſe librum retractationis Magni Aquinatis de eo quod dixerat in 3. Sent. contra Immacul. Conceptionem.

Quòd ſi adhuc tuus non poſuit animus, recreet ſaltem ſanctiſſimi Viri Ludovici Beltran teſtimonium, crebrò admodum dictitantis: *Omnes antiquos Doctores, qui oppoſitam ſententiam probaverunt, ſuam opinionem abſque dubio mutaturos, & noſtræ adhæſuros, ſi hoc noſtro tempore vixiſſent.* Verba ſunt Vincentii Juſtiniani. Interim tibi ex mente ne excidat, quod Magiſt. Canus hujus religioſiſſimi Ordinis alumnus præclariſſimus l. 12. de locis, ſcripſit: *Sapientiſſimum, ſcilicet, victoriam interdum à S. Thoma diſſenſiſſe, maioremque in diſſentiendo, quàm in conſentiendo laudem fuiſſe conſequutum.*

Tandem, ut jam totius hujuſce præclariſſimi Ordinis noſtram in ſententiam conſpirationem deprehendas,accipe quod in Manuali Prædicatorum Hiſpali excuſſo anno 1524. Legere eſt, his verbis: *Suſtinuit* (intellige Ordo Prædicatorum) *hucuſque opinionem, quòd Beata Virgo fuit concepta in originali: ſed jam de hoc non eſt curandum, cum ſit materia nullius utilitatis, & valdè ſcandaloſa: præſertim cum tota ferè Eccleſia,cujus uſus,& authoritas, ſecundũ B. Thomam prævalet dicto Hyeronimi, & cujuſcumque Doctoris,jam aſſerat quod fuit præſervata &c.*

(52) Tertiò excedit Angelos quantum ad puritatem, quia B. Virgo non ſolum fuit pura in ſe, ſed etiam procuravit puritatem aliis; ipſa enim puriſſima fuit quantùm ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. *D. Thom. Opuſc. 8. quod inſcribitur Devotiſſima expoſitio ſuper Salut. Ang.*

Et talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit: fuit tamen ſub Deo. *Idem D.Thom. in 1. Sent. diſt. 44. q. 1. art. 3. ad 3.*

Quia in B. Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad ſummum puritatis ſub Deo, in quo non eſt aliqua potentia deficiendi, quæ eſt in qualibet creatura, quantum in ſe eſt. *Idem ibid. diſt. 17. q. 2. art. 4.*

(53) Speculum terſius, & purius Seraphim, & tantæ puritatis, ut purius intelligi non poſſit, niſi Deus ſit, de qua Anſelmus &c. *Idem Opuſc. 61. in parvo tract. qui ibi eſt de decem gradibus charitatis.*

Et ſupradict.primam auctoritatem Tertiò excedit &c. eſſe veram affirmant De Buſtis, Caniſius,& Salmeron, qui ſe refert ad Card. Turriſcremata. *P. Petrus de Alva, y Aſtorga in lib. de Immacul. Concept. fol. 943. Salazar, Nieremberg, Martenellus, Peruzzinus, & ferè omnes, ut ait Strozzi Hiſt. della Conc. lib. 4. cap. 7. Joſeph Soares Diar. metr. pag. 125.*

Attigit fines Divinitatis. *Idem D.Thomas.*

(54)

Sed primo maculata foret ſi limine vitæ,
An minor Angelicis non foret ipſa choris?
Quomodo maior & ipſa foret ſuper omne creatum,
Purior Angelicis quomodo ſpiritibus?
Nonne Dei Matri horum quivis dicere poſſet,
Evaque: Conceptu purior ecce fui?
Abſona res! indigna Dei quin nomine Matris.
Abſit, Aquinatis ſenſus hic eſſe queat.
Ipſe etenim puram ſuper omnes credidit illam,
Sed non in ſimili cum Deitate gradu.
Eſt ſub Rege quidem, quamquam Regina, MARIA,
Unica, ſed Genito conſociata ſuo.
Hæc mens Angelici, cum tot præconia puræ
De Genitrice Dei conditionis agit.
Sic docuit, ne Diva Parens Deus eſſe putetur;
Gratiæ enim Deus eſt auctor, opus MARIA.
Mater in hoc tantum Divina à Numine differt;
Viſa aliter Thomæ Numen & ipſa foret.
Sit licet at Geniti intuitu Conceptio Matris
Non niſi per ſenſus eſt rata ſancta pios.
Perque pios ſenſus quoque Sanctus habetur Aquinas,
Quomodo ſed Sanctus ni pius ipſe foret?
Cælitis anne dares tu Sancta Eccleſiæ cultus,
Si pro Conceptu non foret ipſe pius?
Sunt propriæ nonne Indigetum, pietaſque, fideſque?
Nonne Deo eſt propior, (54) qui pietate præit?
Sunt fidei manifeſta pii veſtigia cultus,
Nam pietas ſtabili non viget abſque fide.
Si pro Conceptu, & Thoma ſacra thura feruntur
Huic par ergo fides cum pietate fuit.
Adverſos MARIÆ ſenſus tua juſſa repellunt.,
Quintus ut exponit, (55) ſignificatque Pius.
Ille Pius, Thomæque ſequax, qui Divus habetur,
Tergeminum cinxit cui diadema caput.

Mens

(54) Pietas virtutum omnium fundamentum. *Ex S. Ambroſ.* Serm. 21. *ſuper Pſalm.* 118.

(55 S. Pius V. *P. O. M. Ordinis Prædicatorum.*

(56)

Mens illi bene nota sui fuit alta Magistri,
Quotque in transcriptis menda peracta dolo.
Hinc opus impressum Thomæ tanto (56) auspice Romæ
Angelici Solis lux rediviva fuit.
Quis prior Atlantem (57) sensus dejecit iniqui,
Ni tuus Alcides, maximus iste Pius?
Cui nomen pietatis erat venerabilis index,
Et pietas index nominis ipsa fuit.
Quis Petri (58) ex Cathedra, nisi Thomæ hic magnus Alumnus
Primus in Antigonos fulmina sacra tulit?
Post Summam Thomæ dictam, pius ipse Magister
Candorem quoties (59) edocuit MARIÆ?

Nec

(56) Ut constat ex Nota XI. Secundæ partis de la Mystica Ciudad de Dios por el *P.Fr. Juan Sendin Calderon.*

(57) Baii propositionem 69. nemo præter Christum est absque peccato originali: *Ex lib Lilium inter spinas V.Test.*

(58) Primus inter Summos Pontifices S. Pius V. damnavit dict. proposition. *Ibid.*

(59) Anno 1625. invento Romæ in Bibliot. Card. Sforzæ quodam antiquo volumine D. Thomæ super Ep. D. Pauli à Canonico Ferdinando de Guevara, hic scire cupiens quomodo S. Doctor exposuerat textum: *Omnes in Adam peccaverunt*: In Ep. ad Rom. c. 5. Lect. 2. invenit exceptam B. Virginem per hæc formalia verba: *Excepta B. Virgine, quæ nullam contraxit maculam originalis peccati.* Strozzi prosequitur historiam, narrando quod sequitur lib. 4. cap. 7. in fine = Tosto mostrò il tomo al Card. di Trejo, di cui era Confessore, e Teologo. Questi non contenendosi pel giubilo volle porlo incontanente sotto gl'occhi del Papa, che allor era Urbano VIII. ma stimò di doverlo prima conferir con altre copie di diverse impressioni moderne: il che fatto in niuna di trè, che gli vennero in mano, una stampata in Roma, l'altra in Milano, e la terza in Napoli, ritrovò le parole poc'anzi riferite, che eccettuano la Vergine dalla proposizione universale del' Apostolo. Maravigliato di ciò il Trejo portò subito il primo volume, e le altre copie al Papa, e'lpregò ad osservar la verità del fatto, e quanto maggior, e più certo documento a riconoscer la mente dell'Angelico, eran le parole registrate nel libro antico, poiche questo ne faceva sicura fede, e mostrava, che la mancanza delle medesime parole nelle impressioni moderne, era opera de Correttori, i quali persuasi, che S. Tommaso fù contrario alla preservazione, ovunque avean trovati Testi, che la favorivano, nel'avean tratti fuora, come adulterini. Stupì Urbano al riconoscer che fece co'propri occhi il primo, e gl'altri trè libri; e disse, che era cosa di gran momento, e degna di considerazione; che perciò gli'avea recata gran novità, e meraviglia. Interrogò pertanto ove si era ritrovata quell'antica copia, e chi glie l'avea presentata, al che l'altro sodisfece dandogli contezza di tutto. Fin qui l'atto publico del Guevara. Or come una non più veduta medaglia disotterata di fresco, se riscontrata con altre si trova loro simigliante nè lineamenti del personaggio, cui rappresenta, dà, e riceve fede, così quest'ultimo Testo, che vedesi non pur somigliante, ma l'istesso con gli altri da noi recati di sopra, fà con essi fede più certa della mente del Santo Dottore. Tanto più che scritto dopo la Somma, può credersi, anzi che in quella, espressa in esso l'ultima volontà del Santo.

Et hunc Textum refert Nieremberg in Except. Concil. Trid. cap. 21. & vide in 2. Cant. pag. 20. not. 38.

(60)

Nec docuit tanquam quid dogmatis, at Mariani
Obſequii; in MARIAM quis neget eſſe pium?
Angelici doctrina Patris nec dogma requirit;
Cultum ad credendum nos monet (60) eſſe ſatis.
Sunt cultus Fidei fructus. Hoc dextra Tonantis
Fecit opus: noſtrum dogma ſit ergo Fides.
Unde quid (61) impugnas? Rectè capiatur Aquinas;
Nomine Thomiſtæ totus & orbis erit.
Sed deformatæ (62) procul abſint editiones,
Inſcriptum Thomæ quæ male nomen habent.
Sperne (63) typographicas fraudes; dolus æmulus abſit;
Dedecus in MARIÆ det ſibi nemo decus.
Quid decus hoc prodeſt? Per vera volumina, Thomæ
Sit tibi virtutes, & documenta ſequi.
Angelici ſi quæris aquas haurire Magiſtri,
Ah! ne fonte bibas fuſa venena, cave.

Si

(60) Quidam celebrant feſtum Conceptionis B. Virginis; ergo B. Virgo fuit in ipſa ſua Conceptione ſancta, & ideo ante animationẽ ſanctificata. *D. Thom. 3. p. q. 27. art. 2*

(61) Ille denique impugnat doctrinam Thomæ, qui illius magis, quàm Eccleſiæ authoritati innititur. *Cathar. de Concept. Virginis lib. 1. ut refert Strozzi lib.* 4. *cap. 9.*

Et hoc bene notabis tu Thomiſta, ne nimio zelo, ſed non ſecundum ſcientiam, accenſus erronea dicas, quæ erronea non ſunt, cum de Beatiſſimæ Virginis Conceptione diſputas, vel prædicas. *Caietanus explicando D. Thom. ad Text.* Omnes in Adam peccaverunt, *ut refert Strozzi lib.* 4. *cap.* 10.

(62) Execrabilius eſt, quod nequam, & ſcæleſti homines quidam, vel ad Thomæ auctoritatem enervandam, vel, ut quidem arbitror, ad ſuam aliquam opinionem, quæ in controverſiam vortebatur, tanti viri teſtimoniis fulciendam, & comprobandam egerunt. *Epiſc. Guillelmus, Ord. Prædicat. in lib. pro defenſ. D. Thomæ.*

(63) Textus Summæ D. Thomæ non à typographicis tantum corruptelis expurgavi, ſed maximè ab affectatis, ac ſtudio, & induſtria relictis, quæ legitimum ſenſum, vel hiſtoricam ſinceritatem, veritatemque perverterent. Hiatus quoque plures, & lacunas implevi, ad ſupplendam ſeriem Textus, quæ alioquin nulla erat, ac dubium lectorem relinquebat, propter non ſatis plenum ſenſum: vel in errorem inducebat propter ſenſum illegitimum. *P. Joannes Nicolaus in prologo impreſſionis Pariſien. Summæ D. Thomæ anno 1663. ut refertur in Diar. Metr. fol.* 122; & aſſeritur quamplures Textus D. Thomæ adulteratos, ac ſimulatos fuiſſe, ut affirmant Richardus Klapoel, Herveus Natal, Gullemus Maſſelech, Joannes Pariſen, Guillelmus Bolionius, Cambertus de Primatiis, Fr. Nicolaus Medenſis, Ugus Archiepiſc. Durandus, & alii, omnes Ord. Prædicat. ut videtur in Chron. Dominic.

Ægidius Romanus diſcipulus D. Thomæ edidit lib. ſub titulo. *Caſtigatorium in corruptorem librorum Thomæ Aquinatis.* Philippus Bernal, Generalis Ord. Præmonſtraten. alium librum compoſuit, cui titulus: *De Sententia D. Thomæ in favorem Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei*, editum Burgi 1623. Et Cæleſtinus Sfrondatus. Abbas S. Galli, alium pro D. Thoma Typis edidit an. 1695. ſub titulo: *Innocentia vindicata, ut conſtat ex dict. Diar. Metr. à f. 121. ad f. 123.*

Si nequeunt duo ſtare ſimul, pius inquit Aquinas:
Elige quod vero ſit mage conveniens.
Sic ſacra quæ Sanctus ſiluit myſteria Codex,
Nos ratio, (65) veri pondere, ſola docet.
Libranda a trutina mentis tria pondera pendent;
Vis legis, meritum Matris, honorque Dei.
Qualene maius erit pondus? Præponderat, inquis,
Lex. Et Divinus dic ubi ſiſtit honor?
Fas erit ergo, Dei ſternat vis legis (66) honorem?
Lex igitur, pluſquam Legifer ipſe, poteſt?
Infelix! Librata tibi ſic gloria Chriſti eſt?
Et Genito, & Matri quomodo gratus eris?
Ah nunquam Thomas ita cenſuit, omne fuitque
Viſum, ſi viſum eſt non ſemel eſſe pium.
Sempre at Angelici pia mens fuit; eſto ita quiſquam
Fingat, judicii falſus amore ſui.
In ſcriptis nonnulla ſuis ſi paruit umbra;
Non pinxit Thomas, (67) altera dextra fuit.

F Dex-

(64) Si non fuerit inventum quomodo duo poſſint ſimul ſtare, tunc id illorum eligat, quod magis conſonum veritati judicaverit; alterum verò nos ipſi revocaremus, ſi talis diſcordia nobis occureret. *D. Thom. Conc. ſuor. dict.*

(65) Quid dicendum eſt.. unde Scriptura nihil commemorat? niſi quærendum ratione quid convenit veritati, fiatque ipſa veritas auctoritas, ſine qua nec eſt, nec valet auctoritas. *D. Auguſt. Serm. 4. de Aſſumpt.*

(66) De qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam prorſus habere volo quæſtionem. *Idem Auguſt. lib. de nat. & grat. cap. 36.*

Et B Virgini, quæ fuit plena gratia, in qua nullum fuit peccatum, ſicut dicit Auguſtinus; de qua Virgine, cum de peccatis agitur, nullam volo fieri mentionem. *D. Thom. Opuſc. 7. in Orat. Dominic. petit. 5.*

(67) In Hiſt. Immaculatæ Concept. auct. *P. Strozzi in idiomate Ital. lib. 4. cap. 7.* ad comprobandam hanc veritatem leguntur duæ ſequentes particulæ, quæ tranſcribuntur, ſicuti jacent.

1 Nelle moderne impreſſioni il Teſto (Tertio excedit Angelos quantum ad puritatem &c. citatus in hoc cant. pag. 37. not. 52.) ſi legge diminuto, ed alterato, perche in eſſe impreſſioni, rimaſo nella ſopracitata autorità il peccato mortale, e veniale, non vi ſi vede l' Originale. Soſpettan a gran ragione gli Autori della Sentenza pia, che nelle nuove edizioni ne ſia ſtata ſvelta quella parola dalla mano del Correttore, ed in ſua vece vi ſi ſian piantate le ſequenti: *Peccatum enim aut eſt originale, & de iſto fuit mundata in utero, aut mortale, & veniale, & de iſtis libera fuit.* Che ne ſia ſtata ſvelta la prima, e piantate le altre, lo provano, peroche avendo detto il Santo, che la Vergine eccede gl' Angeli in purità, dovette dire per conſeguente, che fù libera dall'originale, poiche poſto queſto in lei, non è verò, che ſia più pura de gl' Angeli, e ciò, per che miſurandoſi giuſta la ſua Dottrina la maggior purità dal maggior dilungamento dal ſuo contrario, ch'è la colpa, men ſe ne dilungò la purità di MARIA, s'ebbe l' origi-

Dextra inquam? Sed jure vocem potiore finiſtram,
 Quæ ſenſus auſa eſt obtenebrare pios.
Quæ, niſi pervertens rectos manus altera ſenſus
 Tranſtulit in dubios, abſtulit atque pios?
Pectore Sol nituit: cur non Aurora niteſcens
 In corde angelico debuit (68) eſſe prius?
Cenſor (69) & ipſe Deus Thomæ fuit. Eſtne putandum,
 Parthenis opprobrio ſcripta probata forent?
Quæ facis, & ſcribis, Thomà, probat utraque Chriſtus;
 Nil fuit ergo actum Matris in opprobrium.
Cerne quot, & quanti pro Præceptore (70) fatentur
 Ex propria ſenſum Religione pium.

Mens

originale, che la purità de gl'Angeli, i quali non l'ebbero; onde ella fù di loro men pura. Ciò ſtante non può crederſi, che la parola *Originale*, la quale leggeſi nelle più antiche edizioni, ſia ſtata omeſſa dal Santo, e molto meno che ſiano uſcite dalla ſua penna l'altre, che eſprimono l'oppoſito; peroche non può crederſi, che quella gran mente ſi ſia contradetta nel medeſimo luogo.

2 S. Tommaſo a provare la eſenzione da ogni culpa ſi vale del famoſo luogo della Cantica: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*: e del celebre detto di Agoſtino, il quale ſcriſſe. Eccettuata queſta Santa Vergine, di cui per onor del Signore, quando ſi tratta di peccato, non vò far queſtione veruna affatto. Dopo queſta proteſtazione, che egli fà ſua, ſi leggono immediatamente nelle moderne edizioni queſt'altre parole. *Sed Chriſtus excellit Beatam Virginem in hoc, quod ſine originali conceptus, & natus eſt. B. Virgo in originali concepta, ſed non nata eſt.* Con qual coerenza dicono i medeſimi Preſervatori, dopo magnificata la purità di MARIA, e la eſenzione da ogni colpa cò luoghi dalla Cantica, e di Agoſtino potè S. Tommaſo tornar a porre in lei la colpa originale? In oltre à che propoſito recar il divario trà Chriſto, e la Vergine nella Concezione, quando egli nè prima, nè poi fà paragone alcuno frà Chriſto, e la Madre; ma trà queſta, e gli Angeli, di cui la dice più pura? Tutto ciò baſtantemente dimoſtra, che il Teſto di S. Tommaſo ritoccato dall'altrui pennello hà mutato figura, e che nella ſua antica, e naturale rappreſenta la Vergine concetta in grazia.

(68) Alluditur ad imagines Doct. Ang. Sole depicto in pectore.

(69) Neapoli, cum ad imaginem Crucifixi vehementius oraret, hanc vocem audivit: Bene ſcripſiſti de me Thomà. *Ex lect. Brev. die 7. Martii. In feſto S. Thomæ de Aquino.*

(70) *Joſeph Soares da Silva in ſuo lib. Diario Metrico pag. 122. Hiſpano idiomate auctores enumerat ex Prædicatorum Ordine, qui Divum Thomam pro Immaculata Conceptione fuiſſe atteſtantur ut ſequitur*

Otros infinitos Autores ateſtiguan, y aſſeveran, que el Doctor Angelico fuè el màs conſtante defenſor de la pureza original de MARIA; lo que aſſi miſmo demueſtran en muchos logares ſuyos, en cuya expreſſion ſe adelantan, y ſingularizan S. Vicente Ferrer, S. Luiz Beltran, Juan Bromiardo, Laurencio Guttierres los Obiſpos Gaſpar Catalan, y Franciſco de Araujo, Luiz de Aliaga, Juan de la Fuente, Alonſo Barantes, Pedro Venero, Franciſco Gonçales, Juan Taulero, Juan de Viterbo, Jacobo de Voragine, Geronimo Lanuza, Ambroſio Catharino, Jacobo Alberto, y por corona de todos, el inſigne Maeſtro Fr. Juan de Santo Thomas, iluſtre iluſtrador de la Doctrina del miſmo Santo. Cuya doctrina ſiguen, y

tam-

Mens aliter Thomæ nunquam pro Virgine ſenſit,
Jam licet ambiguo lumine viſa foret.
Si foret aſt aliter (mente abſit;) munere viſus
Alter (71) Apoſtolico Didymus, ipſe foret.
Sed Geniti ſolidata (72) fides manet orbe per illum,
Lauſque per hunc Matris firmior orbe manet.
Quis MARIAM Sacer Ordo colit tam laude perenni,
Ut colit Angelici (73) gens veneranda Patris?
Quot ſimul eximios (74) Genitos produxit hic Ordo?
Queis defenſa Parens Immaculata fuit.

F ii Eſto,

Tambien enſeñan el Cardenal Hugo, el Obiſpo Juan Bautiſta Lanuza, Armando de Delovizo, Fr. Juan de Palencia, Juan de Fennario, Leonardo de Utino, Bartholomeo Piſano, Marcio Salmaticenſe, Juan de S. Geminiano, Baltazar Sorio, Fr. Luis de Granada, Alonſo Cabrera, Raymundo Paſqual, Pedro Lavinio, Juan Herold, Alexandro Natal, Baltazar Arias, Eſtevan Mendes, Antonio Navarro, Domingo del Soto, Nicolàs Cuſano, Roberto Holcot, Alonſo Navarro, Mauricio de Villa Probata, Manoel de Vargas, Pedro Geremias, Pedro de Palude, Nicolàs Richardo, por antonomaſia el *Monſtruo*, Chriſtòval de la Vega, Abraham Bzovio, Egidio Fuſcar, Juan Lopes, Fernando Oxea, Filipo Dias, Pedro Dore, Hugo del Prado, Alberto de las Caſas, y el ſiempre Magno Alberto, todos de la Orden de Santo Domingo, fuera de los quales cuenta Nieremberg in Exception Conc. Trid. pag. 194. doze Maeſtros del Sacro Palacio, cinco Generales, y caſi cien Doctores; y fuera de los referidos, otros caſi innumerables AA. de otras Religiones, que dizen lo miſmo, y muchos dellos compruevan la original innocencia de MARIA con la doctrina de S. Thomàs, y fundados en ella, han compueſto varios libros, y tratados; entre los quales no es digno de olvido el que compuſo Filipo Bernal, General de la Ordem Premonſtratenſe, cuyo titulo era: *De Sententia D. Thomæ in favorem Immaculatæ Conceptionis.*

(71) D. Thomas Apoſtolus.

(72) Dum ille ad fidem, palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur. *S. Gregor. P. Tom. 2. Homil. 26. in Evang.*

(73) Sacer Ordo Prædicatorum.

(74) *P. Thomas Strozzi Hiſt. Concept. linguâ Ital. lib. 4. cap. 29. cujus eſt principium, ut ſequitur* = Degli Autori Domenicani.

L'alta ſtima, in cui ſempre ſi è havuta nel mondo l'inclita Religione Domenicana, & la gran parte, che il ſuo zelo le hà data in queſta controverſia, hà moſſi i ſoſtenitori della pia ſentenza à rivolgere gl'Autori di eſſa per rintracciar il loro ſentimento in queſta conteſa. Il primo, che io trovo haver poſta in ciò gran cura, è Marc'Antonio Palau Decano della Chieſa di Origuela, il quale per la ſua gran divozione verſo l'Ordine di S. Domenico divolgò nel 1628. un libro intitolato = *Defenſio Domenicana* = In eſſo poſto alla teſta S. Domenico, annovera molti altri Scritori Domenicani, che nelle ſcuole, nè Pulpiti, & nè loro libri ſi ſegnalarono maravaglioſamente in ſoſtener il concepimento di MARIA in grazia. Ciò che, dice egli, di haverlo in gran conto; poſciache la Religione de Predicatori profeſſò ſempre di ſeguire la verità, & procurò ſeriamente la verificazione de dogmi Catolici à tal ſegno, che i ſuoi allievi nè primi anni furon deti i Religioſi della Verità.

Valſe queſt'opera del Palau per iſtimolo ad altri, che nè tempi ſeguenti vi ſi ſono più profondamente impegnati. Raſſegnanſi da queſti, & ſi diſtinguono in cinque Claſſi, gl'Autori, che nell'Ordine de

Eſto, in nonnullis ſi mens prius altera viſa eſt,
Inde hanc conſtantes ſuſtinuere fidem.
Si foret Angelicus nunc (75) vivus, & orbe videret,
Chriſtiparæ intactæ eſt quàm celebrata dies,
Sicut inoffenſam ſenſit prior ille MARIAM,
Illâ in plaudendâ ſic foret ille prior.
Si vix ipſe videns plauſus primordia, dixit:
Sancta (76) in Conceptu Parthenis ergo fuit.
Quàm magis, ut pius, & Sapiens hoc tempore plauſus
Chriſtiadum feſtis jungeret ipſe ſuos?
Pectore alumnorum vivus ſed manſit Aquinas;
Conceptæ MARIÆ qui ſacra thura ferunt.
Quid pia tam ſancto promota Roſaria cultu
Prodeſſent, melior ſi Roſa dempta foret?
Carmine Davidico Deus olim dixerat: Ejus
Culpa (77) requiretur, nemo ſed inveniet.
Hunc equidem ſenſum quis non ſpectaſſe MARIAM
Crederet, & victrix Dæmonis ipſa foret?
Divinam ſpectant hæc verba Prophetica Matrem,
Ut rea peccati nullibi habenda foret.

Heu

de Predicatori han militato per la pia ſentenza, cioè la prima di 13; la ſeconda di 24; la terza di 60; la quarta di 72; la quinta di 120, che fanno la ſomma di 289 = contro ſoli 23, che ſono ſtati i più fermi &c. *Et dict. lib.* 4. *cap.* 32. *ex Ordine Prædicatorum memorat idem Strozzi ſeptem Authores decimi tertii ſæculi; ideſt Petrum Paludanum Patriarcham Hyeroſolim; qui floruit an.* 1330. *Ugonem à Prato, qui floruit an* 1310. *Joannem à S. Geminiano, qui paulo ante hos duos floruerat. Nicolaum Goran natione Gallum, qui floruit an.* 1330. *Joannem Broniardum, Scoti contemporaneum, qui floruit an.* 1310. *Robertum Olkot, qui floruit an.* 1340. *Joannem Taulerum natione Germanum, qui floruit an.* 1350.

(75) Omnes jam jam ita ſentire debent Virginem Mariam abſque originali macula fuiſſe conceptam, ſi D. Thomas, & alii hujusmodi Magiſtri nunc viverent, ita ſine dubio ſentirent, & quò magis docti, & ſancti eſſent, tantò magis cum reliquis Catholicis cenſerent; Hæc enim opinio per totam ferè Eccleſiam magis patefacta eſt. *Joan. Fennarius Gen. Ord. Præd.* 1. *p.cap.*6. *de Concept.*

(76) Celebrant feſtum Conceptionis B. Virginis; ergo B. Virgo fuit in ipſa ſua Conceptione Sancta. D. Thom. ut not. 60. pag. 40. hujus Cant.

Poſtquam Eccleſia Romana celebrat feſtum Conceptionis, loquendo in vi doctrinæ D. Thomæ, oportet viceverſa de his ſententiis cenſere, & ſic D. Thomas cenſeret. *Fr. Joan. de D. Thoma in* 1. *part. d.* 2. *de doct. S. Thomæ art.* 2.

(77) Quæretur peccatum illius, & non invenietur. *Pſal.* 9. 15.

O Maria Immaculata, Schirpus es nodo carens; nam Spiritus Sanctus, qui eſt æternum donum, te ſanctificavit, præſervavit, purgavit, illuminavit, & ſingularibus privilegiis decoravit. *S. Amadeus Tom.* 1. *Bibl. Virg.*

(7

Heu miser, inconstans animus, qui talia quærit!
    Hei tibi si deerit cum pietate fides!
In Schirpo quærit nodum, ut proverbia jactant,
    Quærere qui nævum nititur in MARIA.
Absiste, & potius Patronam quære (78) MARIAM
    Unde tibi incolumis vita, aderitque salus
Ad Cœli penetra (quid obest?) viridaria, & inter
    Pulchras obvia erit pulchrior una rosas
O' Rosa (79) *sed rosa, quæ superas genus omne rosarum*,
    E'miseri spinis (80) unica sospes Adæ;
Quin Rosa pergratum spirans Deitatis odorem,
    Mystica ut exoriens è Deitatis agro.
Ecce nitore Rosas, candore & lilia vincis:
    Cum puro quid agit rore rubigo vetus?
Euge Rosa omnigenæ spirans virtutis odorem
    Ros es, rubigo num generantis edet?

CAN-

(78) Quærite, & invenietis. *Matth.*

(79) Carmen B. Ermanni Josephi, ut in actis Sanctorum Hemschenii, & Papebrochii 7. *Apr. cap.* 9. *pag.* 707.

(80) Hæc Concepta miro modo est, ut rosa cum nitore, & ut candens lilium; sicut ros non corrumpitur, quando in terra gignitur elementi rubigine: sic Virgo non inficitur, cum in Matre concipitur originali crimine: præventa per Filium. *Anton. Balinghen in Parnas. Marian.*



CANTICUM IV.

Conceptæ ſine labe decus ſat Muſa laboras
Pandere; quæ profers & ratione probas:
Argumenta tamen convincere quomodo poſſent,
Non ubi vivus amor, nec pia corda forent?
Nemo aliquid contra MARIÆ putet ergo decorem;
Juſtus enim Matris Filius ultor erit.
Quot ſacra (1) Concilia, & Patres, antiquus & uſus,
Chriſtus & hanc nobis indicat ipſa fidem?
Quisquis adhuc dubitas, mirare, & ab hoſtibus ipſis
Quomodo, diſce, Dei ſit reputanda Parens?
Quid melius poterant vera argumenta probari,
Cum fidei teſtis (2) fert inimicus opem?
Hæretici horreſcunt ſuper impia vota, luèque
Immunem Matrem Numinis eſſe volunt.
Pelagii (3) juxta ſenſum, Lutheri, (4) & Eraſmi (5)
Præſervata fuit Parthenis opprobrio.
Matris in auguſtum cedunt hæc monſtra decorem;
Quis pudor! Ambiguus tuque vagaris adhuc?

Cum

(1) Secunda Synodus apud Niſſenam Act. 6.
Tertium generale Concil. ſub anno 430.
Sextum generale Concil. ſub anno 682.
Sexta Synodus Conſtantinop. Act. 6.
Septima Synodus ſub an. 787.
Concil. Toletanum ſecundum.
Concil. Francofordienſe.
Generale Concil. Baſilienſe Seſſ. 36.
Tridentinum an. 1545. Seſſ. 5. ad finem decreti de orig. pecc.
Per P. Sebaſt. de Navaes in ſuo lib. Lilium inter ſpinas, *ubi refert, & nomina Patrum, nec non & Antonius de Souſa Macedo in lib.* EVA, e AVE, *& P. Strozzi in lib. Hiſt. Concept.*

(2) Veritatis maximum argumentum eſt, cum quis inimicos ad teſtimonium adhibet. *S. Joan. Chriſoſt.*

(3) Ipſam Domini, ac Salvatoris Matrem ſine peccato confiteri neceſſe eſt pietati. *Refert de Pelagio D. Auguſt. in lib. de Natura, & Gratia.*

(4) Dignum enim, & juſtum erat Perſonam hanc ab originali peccato præſervari, de qua Chriſtus ſumpturus erat carnem, quæ omnia peccata deleret. *Refert de Luthero P. Caniſius lib. 1. de M. V. cap. 8.*

(5) Profiteor mihi magis probari ſententiam illorum, qui Mariam faciunt immunem ab omni peccato. *Refert idem Caniſius de Eraſmo in Apolog. & Sagitarius in Comp. Concil.*

(6)

Cum Deus errantes videt atro in turbine mentes,
Tunc (6) ſua terrarum ludit in orbe manus.
Eſt ſenſus (7) titubans ſinuoſo in vortice fluctus,
Quem rapidus Boreas in cava ſaxa trahit.
Quid titubare juvat? Genito, pariterque Parenti,
Dignus ut (8) hic ſenſus, ſic mage gratus erit.
Maius at exemplum tua contegat ora pudore.
Percipe, quòd Chriſti (9) maximus hoſtis ait.
Quis lupus efferior Mahometo? Is legis iniquæ
Conditor, in Chriſti ſemper ovile furens,
Exceptis tantúm MARIA, Genitoque fatetur
Omnes tartareo ſuccubuiſſe jugo.
Gens pia te docet, & ſimul impia: Quid mage dicam,
Neſcio. Jam (10) ſtantem te regat æqua fides.

Alte-

(6) Et ludens in orbe terrarum: *Proverb.* 8. 31.

(7) Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino *Ep. S. Jacob. Apoſt. cap.* 1. 6. & 7.

(8) Fidei noſtræ teſtimonium dant honeſtas, & rationabilitas. *Manſius Bibliot. Mor. Tract.* 29. *de Fide Diſcurſ.* 16. 4.

(9) Verba Alcorani Mahometi: Dixerunt Angeli: O Maria, Deus utique elegit te, & purificavit te claram ſuper mulieres ſæculorum.

Item in libro Alhoriam, qui authenticus eſt apud eos, dixit Cahuhoriam, quòd audivit nuncium Dei dicentem: *Nullus de filiis Adam naſcitur, quem non tangat Satan, & ideò plorat vociferans ex ejus tactu, præter Mariam, filium ejus.* Per nuncium autem Dei intelligit Mahometum.

Item dicit Chumi Prophetam (*ideſt* Mahometum) dixiſſe: *Multi perfecti fuerunt ex hominibus; ex mulieribus nunquam fuit perfecta, niſi Maria mater Jeſu.*

Lyranus in tract. qui inſcribitur ad quendam Judæum, ut refert: *P. Strozzi in Hiſt. Concept.*

(10) Eadem de initiali puritate Deiparæ ſententia inſedit alteri Saraceno, Regis cujuſdam tranſmarini filio, ac Soldani nepoti, quem Joannes de Capiſtrano (*Joan. Capiſtranus Ser. de Concept.*) teſtis omnis exceptione maior, Romæ apud Cardinalem Præneſtinum contra inquinationem Conceptionis B. Mariæ fortiſſimè agentem, inducit: Turcas, Perſas, Arabes, Mauros, Tartaros in ſuis Alcoranis diſertè affirmare, B. Virginem (quippe futuram Dei Matrem) abſque originarii peccati macula fuiſſe conceptam. *Fevardentius notavit. Fevardent. lib.* 10. *Theomach. Calvin. c.* 2.

Hauſere illi hunc pium ſenſum è ſuo Mahumete, qui conceptis verbis aſſeruit: *Mortales omnes, quotquot ſunt, fuerunt, & erunt, venenato Satanæ telo configi, præter Meſſiam Chriſtum, & Matrem ejus.* Nec deſunt, qui ſcribant in codice legis Mahumeticæ hæc legi exarata: Mater Jeſu eſt amica legis, quia tantum Prophetam portavit in utero. Ideo ſi quis diceret in ea fuiſſe peccatum, evelli debent ei illicò dentes ſecundùm legem. *Bern. de Buſt. Seſſ.* 5. *de Concept. part.* 2.

P. Henricus Engelgrave in lib. ſuo, cui titulus Cœlum Empyreum pars. 11. *in diſc. Feſtum immaculatæ Conceptionis pag.* 809.

Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time (noli ſuperbire, exponit Hamel *Ad Roman. cap.* 11. 20.

(11)

Altera queisne poteſt ſententia recta videri,
Perverſis etiam diſſona viſa viris?
In mare Parthenium tua jacta ſit anchora mentis
Quòve procella furat, nulla (11) pericla time.
Stella (12) maris, dic ſemper, AVE; nam proſpera cœpit
Stella à conceptu jam maris eſſe ſuo.
Vita mare eſt, mens noſtra ratis: nos ſidus amicum
Hoc vehet in portum, ſi Palinurus amor.
Quin via quæ melior, ſi portus Filius ipſe eſt,
Quam Genitrix? Sit amor par in utrumque tuus.
Impar nè ſit amor, ſatis eſt Chriſti eſſe Parentem;
Non agit hæc ſimilem cum Deitate gradum.
Quid faris, quid, (13) Baye, refert abſolvere Chriſtum?
Si Deus eſt; actum, vana locutus, agis.
Angelici ſi ſancta ſequi veſtigia credis,
Non ſequeris, nec quod fecerat ille, facis.
Nempe ait: in lapſo penitus (14) peccavit Adamo
Si genus omne hominum, non modo Chriſtus homo.
Naturas Chriſti eſſe duas vult dicere Thomas;
Non homo, ſicut gens altera, Chriſtus erat.
Donec Aquinatis non lumina fixa fuere
In (15) MARIAM, legem proſpiciendo ſtetit.

Non

(11 Primò namque in Divinarum revelationum fide (fide ſta) ſtabiliamur oportet. Hac quæ jacta anchora nullum fragilis intellectus noſtri navis, ſeu cymba diſcrimen incurret. *Bibl. Mor. Manſi. Diſcurſ.* 15. *de Fide* 11.

(12) Ave maris ſtella. *Eccl.*

Ipſa eſt igitur nobilis illa Stella ex Jacob orta, cujus radius univerſum orbem illuminat, cujus ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora: fovet virtutes, excoquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara, & eximia Stella ſuper hoc mare magnum, & ſpatioſum neceſſariò ſublevata, micans meritis, illuſtrans exemplis. *D. Bernardus hom.* 2. *ſuper Miſſus eſt circa finem.*

(13) Michael Baius, vel Bay Prepoſitio 69. Nemo præter Chriſtum eſt abſque peccato originali. *Juxta Dictionar. Moreri.*

(14) Omnes homines, præter ſolum Chriſtum ex Adam derivati peccatum originale ex Adam contrahunt; alioquin non omnes indigerent redenptione, quæ eſt per Chriſtum. *D. Thom.* 3. *p. q.* 21. *art.* 8. *in corp.*

(15) Ille, qui non eſt peccato obnoxius, redemptione non indiget. *Idem D. Thom. in* 2. *diſt.* 31. *art.* 2. 3. *p. q.* 27 *art.* 2.

La più comune interpretazione data à i detti di S. Tomaſo ſi è, che in quella univerſal propoſizione (Omnes in Adam &c.) egli parla ſecondo la legge ordinaria, laſciando ſempre luogo al privilegio. E che di queſto parere ſono il Ferrarieſe, Zumel, Lorca, Alvarez, Azor, Salas, Valenza, Cornelio à Lapid, ed altri. *Joan. à S. Thom. Tom.* 1. *in* 1. *p. ut lingua Ital. refert. P. Strozzi lib.* 4. *cap.* 10. *Hiſt. Concept.*

(16)

Non aliunde videns prospexit, credidit omnes
Præter enim Christum ducere Legis onus.
Lumina sed figens, communi à Lege MARIAM
Exceptam voluit, (16) protulit, ah'quoties!
Tu tamen aspiciens Legem, simul aspicis almam
Matrem (grande nefas!) utpote labe ream.
Tu reprobas Matrem, cum vis absolvere Natum.
Si Deus est Genitus, sicne placere potes?
Durior Hæreticis, Mahometo insanior ipso,
Opprobrium Matris, Prolis an iste favor?
Nonne per Eloquii Divini (17) oracla putatur
Opprobrium Matris, dedecus in Genito?
Quomodo per Matrem, (18) quæ crimine tacta fuisset,
Dedecus in Genito vis voluisse Deum?
Præservans etenim Matrem, non solvit; (19) adimplet
Legem, maternum Lege jubente decus.
Quælibet in culpam Genitrix si labitur, ejus
Opprobrio soboles indecorata manet.
Lex tantum Divina jubet. Deus (20) ergo nequiret
Conceptum Matris nolle beare suæ.
Unde Creatoris sic munus adimplet, ut actis
Acta addens proprium prosequeretur opus.
Reginæ non pendet honor (21) tantummodo recto
Judicii à sensu, sed mage Regis honor. (22)

G Quo-

(16) *Vide Cant. 3. not. 47. pag. 33. not. 49, & 50. pag. 34; not. 52., & 53. pag. 37.*

(17) Gloria filiorum Patres eorum. *Proverb. c. 17. 6.*

Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore. *Eccli cap. 3. 13.*

Vel sicuti legunt Tigurina, & nonnulli Greci: Et opprobrio est filii mater ignominiosa.

(18) Beatissima Virgo non esset idonea Dei mater, si aliquando peccasset; quia honor parentis redundat in prolem, juxta illud Proverb. 17. *Gloria filiorum patres eorum:* unde & per oppositum ignominia matris in Filium redundasset. *D. Thom. 3. p. q. 27. art. 4.*

(19) Pertinet ad dignitatem Domini suæ Matris servare honorem, qui legem non solvere venerat, sed adimplere. *D. Aug. Serm. de Annunt.*

Lex enim, sicut honorem matris præcipit, ita inhonorationem damnat. *Idem D. August.*

(20) Nullum dubium est de Matre Domini, quin talis esse debuit, quæ de peccato redargui non posset, cum hoc fuisset ad opprobrium Filii sui *D. Hieron.*

Cœpit, ut ipsum se ostenderet Creatorem, qui opera operibus intexeret, & prosequeretur opus, quod ipse jam cœperat. *D. Ambros. lib. 4. in cap. 4. Lucæ subfinem.*

(21) Honor Reginæ judicium diligit *D. Bernardus.*

(22) Honor Regis judicium diligit *Psal. 98.*

Quomodo & ipſe Deus non concipiendus in alvo
Nobiliore (23) foret, fiat ut inde caro?
In Genitrice (24) quidem, premeret quæ colla draconis;
Matre, ſuper cunctas quæ veneranda foret?
Ah Baye oppoſitum pudeat defendere ſenſum:
Mens ſtupet, (25) hæret vox faucibus, oſſa tremunt.
Improbitas quid tanta juvat? Quæ præmia ſperas?
Quæ niſi ab Auſonio (26) fulmina ſacra Polo,
Quod fuit, eſt, & erit. Nullum (27) eſt in Numine tempus,
In ſe tempus enim continet omne Deus.
Omnia momento ſibi ſæcla revinxit in uno;
Non ſibi, ſed nobis temporis ordo venit.
Nec ſibi, nec pro ſe diviſio temporis ulla;
Quin ſecus æternus non foret ipſe Deus.
Non ſecus ac præſens, venturum novit ab ævo,
Naſcendi & ſortem tunc habuere ſuam.
Ex tunc elegit (28) MARIAM; ſimul ergo Parentem
Fecit, ut abſque lue concipienda foret.

Quo-

(23) B. Virgo ſecundum omnem dignitatem, & nobilitatis modum fuit nobiliſſima, & digniſſima in Summo. *Albert. Mag. tract. de laud. Deip.*

(24) Omnes præclaritates, ingenuitates, præfecturæ, & nobilitates, quæ poſſunt eſſe in aliquo individuo humano, huic uni Deiparæ conceſſæ ſunt. *D. Bernardin. Senen. Tom. 1. Serm. 61.*

Hujus dignitatis, & gratia effectum nec concipere, nec lingua valet exprimere. *D. August.*

(25) Videtur horrendum piis auribus, & animis devotis, quòd unquàm anima B. Virginis filia iræ fuerit, aut in odio Dei, & quòd fuerit diſplicens, ac deteſtabilis oculis Divinæ Majeſtatis. Et ita piè teneo, quòd B. Virgo non contraxerit originale peccatum. *Card. Petr. Aureolus Ord. Seraph. in tract. de Concept.*

Sanctiſſimam Virginem, quam Deus ab æterno præordinavit; ut eſſet Mater Dei, ſub poteſtate diaboli fuiſſe, & peccati ſorde infectam, ſentire non audeo, dicere pertimeſco. *Henricus de Gandavo.*

(26) Papa Pius V. per Bullam 1. Octobris 1567. damnavit 76. propoſitiones Michaelis Bay, inter quas num. 69. *Nemo præter Christum eſt abſque peccato originali*, ac deinceps Papa Gregor. XIII. eamdem Bullam confirmavit. *Ut per Diction. Moreri nomine Baius, & refert lib. Lilium inter ſpinas.*

(27) Oſtendit omne tempus, & quid, quando faceret, vel fieri ſineret, ab illo eſſe diſpoſitum, qui tempori ſubditus non eſt: quoniam quæ futura erant per ſingula tempora, in Dei ſapientia cauſas efficientes habent, in qua nulla ſunt tempora. *Hom. D. Aug. Tract.* 104. *in Joan. ſub medium.*

(28) Sanè Deus ipſe æternus ſic illam benedictam Matrem ſuam talem condidit, & ſanctificavit in tempore, qualem eam ſanctam elegit in ſua æternitate, & talem tam nobilitate naturæ, quàm perfectione gratiæ condidit Matrem, qualem eam decebat habere ſuam Majeſtatem, quia in ea, & de ea habebat ſumere quod in æternum ſibi eſſet unitum unitate perſonæ. *D. Bern. Tom. 2. Serm. 51. art. 1. cap. 1.*

(29)

Quomodo vis igitur fera vincla tulisse MARIAM,
Quæ, statuente Deo, jam sua Mater erat?
Hæccine digna Dei præconia Matre futura?
Tanti sicnè gradus respiciendus honor?
Nonne suo hoc meritum librandum pondere? Quonam
Pondere, (29) ni Virgo sit rata labe carens?
Nonne erat in Genito laus præservatio Matris?
Nonne idem Genitus Legis & auctor erat?
Est ne decens, præeat Lex ergo (30) Auctoris honori?
Est ne honor Auctoris Legis honore minor?
Nunquid Adæ est miseris par Diva Puerpera natis?
Talia qui sentit, rectus (31) an esse potest?
Si vitam nequit absque fide perducere Justus,
Justitia esse (32) nequit, non ubi sana fides.
Divinæ quam Matris honor, nil justius orbe:
Illi hanc justitiam redde; fidelis eris.
Nemo Fidem (33) firmare velit sub cardine Legis;
Lex petit ima, (34) Dei scandit ad alta Fides.
Lex in mensura est, mensuram Gratia transit;
Omnia Lex umbrat; Gratia clara facit.
Nostra Fides est sermo Dei, lucerna supernæ
Lucis, ei lumen quæ dedit omne suum.
Hoc igitur lumen legis procul ejicit umbras,
Occultam ut drachmam mens reperire queat.

G ii Et

(29) Ab originali peccato nullus excipitur præter illam, quæ genuit Salvatorem. *D. Laurent. Justinian.*

(30) Universa propter semetipsum operatus est Dominus. *Prov.* 16. 4.

(31) Recti diligunt te. *Cant.* 1. 3.
Rectum revera te dixerit, si rectè in omnibus sentias, & factis non dissentias. *D. Bernard. Serm.* 25. *in Cant.*

(32) Ubi autem sana fides non est, non potest esse justitia, quia Justus ex fide vivit. *D. August. de Serm. Dñi in monte cap.* 5.

(33) Lex autem non est ex fide. *ad Galat. cap.* 3. 12.

(34) Lucerna enim fides est, juxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine. Verbum enim Dei fides nostra est: Verbum Dei lux est. Lucerna est fides: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit. Hæc est lucerna, quæ accenditur, virtus scilicet nostræ mentis, & sensus, ut drachma illa possit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat. Lex enim intra mensuram est, ultra mensuram gratia: Lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia, quam Princeps ille Sacerdotum fulgore supernæ Divinitatis illuminat, ne eam legis umbra restinguat. *Homil. S. Ambr. lib.* 7. *Comment. in Lucæ cap.* 11. *post initium.*

(35)

Et quænam eſt hæc drachma latens, niſi ſanguine Adami
Nata, ſed immunis crimine, Virgo Parens?
Verborum ad textum qui primo in limine ſiſtit
Securâ nunquam mente ſcienda ſciet.
Concipitur mox ecce Fides, ubi Gratia rorat;
Lex ſine Divino hoc lumine cæca manet.
Culmina ſed Fidei qui proſpicit alta, nec orat,
Clarius ut videat, maxima non capiet.
Illa Dei donum eſt; magis hoc ubi munus abundat,
Aſſiduas eſto convenit eſſe preces.
Cætus Apoſtolicus Fidei (35) incrementa petebat,
Maius ut inde (36) jubar ferret adaucta Fides.
Maius ut eſt donum, maiora & lumina fundit;
Influit æthereum corda in aperta decus.
Propterea, ut fertur, (37) primordia pura MARIÆ
Poſtea diſcipulis innotuiſſe reor.
His equidem fidei (38) Deus altum munus adauxit,
Temporis id veræ nam probitatis erat.
Tempore traditio conſtans hæc manſit ab illo,
Quam recta Hiſpani per documenta tenent;
Semper & hisce plagis Conceptio (39) pura MARIÆ
Omnigenis votis concelebrata fuit.

Ra-

(35) Adauge nobis fidem. *Lucæ* 17. 5.

(36) Spem autem habentes creſcentis fidei veſtræ, in vobis magnificari. *2. ad Corinth. cap.* 10. 15.

Sperantes fide veſtra magnificari. *Exponit da Humel.*

(37) Traditio fuit ab Apoſtolis in Concilio congregatis, Beatiſſimam Virginem Mariam originali peccato incontactam eſſe. *Julian. Toletan. in ſua Chronica.*

Nec dubitari poteſt Apoſtolos docuiſſe Conceptionem Virginis fuiſſe ſanctam, ita ut ſine originali peccato concepta ſit. *Ægid. à Purificat. in lib. 3. de Præſervat. B.M.V.*

Hæc veritas à ſanctiſſimis, & antiquiſſimis Patribus, & ut creditur, etiam ab Apoſtolis tradita eſt. *Suares in 3. p. q. 27. art. 2. ſect. 6.*

(38) Hinc diſce Eccleſiam, & Apoſtolos ſenſim in cognitione myſteriorum fidei profeciſſe, & creviſſe, ſicut Solis lumen creſcit à diluculo gradatim uſque ad Meridiem. *Cornel. in Joan. cap.* 16. 13.

Illa enim, quæ univerſa tenet Eccleſia, ob hoc ab Apoſtolis præcepta bene creduntur, quamquam ſcripta non reperiantur. *D. Auguſt. Tom. 7. l. 5. Com. Domin. cap. 27.*

(39) Feſtum Immaculatæ Conceptionis, quòd prædicavit in Hiſpania S. Jacobus, incœpit ab Apoſtolis hoc in Concilio decernentibus. *Ex Chronica Juliani Toletani.*

A' prædicatione Jacobi Apoſtoli celebratur in Hiſpania feſtum Immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Virginis Mariæ. *Paul. Oroſius in Ep. ad Euſtoch.*

Quoniam glorioſiſſimam Virginem Mariam Dei auguſtiſſimam Matrem ſine originali peccati labe conceptam eſſe, Patres noſtri annuntiaverunt nobis, nimirum ſanctiſſimus ſecundus Apoſtolorum diſci-

pulus,

Rara fides, præstans pietas, felicia Regna,
Quæ pietate, fide cætera regna docent!
Ecce sed antiqui Proceres duo temporis adsunt:
Quid de magna, audi, Virgine Matre ferunt.
Antiochenus hic est Martyr, Dionysius alter,
Christiparæ præco, & testis uterque vetus.
In MARIA angelicam (40) naturam prædicat ille,
Iste ibi comprensum (41) viderat esse Deum.
Unde reor, ne ignota foret lux pura MARIÆ,
Fulsit Apostolicis cordibus aucta Fides.
Ast de more Fides, quæ non accreverit, algens
Fit sensim, (42) & facilè degenerando perit.
Velle putat fallax ratio (43) prosternere veram,
Ac ruit in præceps Religionis amor.
Non latitant abstrusa (44) Dei mysteria, vivit
Quò pia Religio, quòve animosa Fides.
Adde quod ista Fides trahit adjumenta superna,
Si Fidei sensum, (45) ritè operando, probas.

Con-

pulus, istius almæ Ecclesiæ primus progenitor, atque totius Theologiæ splendidissimum jubar Ildephonsus; ille quoque noster Abulensis, cognominatus Tostatus, ejusdem Ecclesiæ Præsul nos &c. *Sic incipit juramentum datum anno 1622. ab Eccles. Abulen; ut constat in Armamentario Conceptionis.*

A' tempore Jerothei B. Pauli discipuli, & hujus Civitatis primi Præsulis illibatam Conceptionem Sanctissimæ Virginis toto cordis, & mentis affectu, hæc Ecclesia tuetur, & celebrat, & tandem voto, & juramento firmavit octavo die Decembris anno 1621 *Hæc inscriptio legitur Segovia in Eccles. Metropol.*

Columna in Urbe Cæsaraugustana constructa est jussu Virginis à Jacobo, cum in Hispania prædicavit, anno 37. & consecrata ejusdem immaculatæ Conceptioni: (quam omnes Apostoli prædicaverunt ubique) hoc tempore multorum peregrinorum contubernio visitatur. *Tamayus in annotationib. ad Luitprandum.*

(40) Sicut nobis à fidedignis narratur, in Maria Matre Jesu humanæ naturæ natura sanctitatis Angelicæ sociata est. *S. Ignat. Mart. Ep. ad Joan. Evangelistam.*

(41) Ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, & tantus me, tamque immensus Divinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius; ut nec corpus infelix, nec spiritus posset totius, ac tam æternæ felicitatis insignia sustinere.

Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua, Divina, concepta mente, me non docuissent, hanc ego verum Deum esse credidissem. *Dionys. Areop. Ep. ad S. Paul.*

(42) Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt. 1. *ad Timoth. cap.* 1. 19.

(43) Conscientia bona repellitur per flagitia, fides repellitur per argumenta. Et sic fracta nave submerguntur nautæ, & navigantes. *Card. Hugus ad verba*: Circa fidem naufragaverunt.

(44) Fides è corde ignorantiam tollit, charitas malam voluntatem. *D. August. Serm.* 54. *de diversis.*

(45) Ex operibus fides consummata est. *Ep. Jacob. cap.* 2. 22.

(46)

Consumata Fides hæc eſt, quæ præmia poſcit,
Gratus ubi Genitus, grata beatque Parens.
Falleris (46) ò dubitans: Tu tanto ex munere nunquam
Plus petis, hoc velle eſt ſemper habere minus.
Aſpectum Deus ipſe ſuum dubitantibus abdit;
Non ubi firma Fides, ut peregrinus, abeſt.
Diſcipuli ambigui (47) ſtantes, ut nomine ſtulti,
Et corde ignavi, promeruere notam;
Noſcere nec vultum ſecum (48) potuere loquentis,
Ad vitam in dubio quem rediiſſe tenent.
Scripturas reſerante, nova eſt fax mentibus orta,
Et quæ frigebant, fervida corda facit.
Longius hic fingens tamen ire, precantibus illis,
Captus amore ſtetit, manſit, ut hoſpes, edens.
Vis paſtoris oves ad ſe, licet abdita, traxit,
Traxit in effectum ſubdita corda pium.
Quam valida eſt pietas! mox noſſe (49) merentur amantes,
Qui primò dubii non meruère, Deum.

Huic

(46) Poſtulet autem in Fide, nihil hæſitans. *Idem Jacob. ibid. cap.* 1. 6.

Fides enim caput eſt, & radix, qua ſervata etiam ſi omnia perdas, omnia tamen rurſus maiore cum gloria recuperabis. *S. Joan. Chriſoſt. Hom* 34. *in Matth.*

(47) O' ſtulti, & tardi corde ad credendum. *Luca cap* 24.

(48) Audiſtis, fratres chariſſimi, quia duobus diſcipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, ſed tamen de ſe loquentibus, Dominus apparuit: ſed eis ſpeciem, quàm recognoſcerent, non oſtendit. Hos ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi namque apud ſemetipſos intus & amabant, & dubitabant: eis autem Dominus foris, & præſens aderat, & quis eſſet non oſtendebat. De ſe ergo loquentibus præſentiam exhibuit. Sed de ſe dubitantibus cognitionis ſuæ ſpeciem abſcondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpavit, ſacræ Scripturæ myſteria, quæ de ſe ipſo erant, aperuit: & tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ſe ire longius finxit. Fingere namque componere dicimus: unde & Compoſitores luti, figulos vocamus. Nihil ergo ſimplex veritas per duplicitatem fuit: ſed talem ſe eis exhibuit in corpore, qualis apud illos in mente. Probandi autem erant, ſi hi, qui eum etſi nec dum ut Deum diligerent, ſaltem ut peregrinum, amare potuiſſent. Sed quia eſſe extranei à charitate non poterant hi, cum quibus veritas gradiebatur: eum ad hoſpitium quaſi peregrinum vocant.. Cur autem dicimus, vocant, cum illic ſcriptum ſit: Et coegerunt eum? Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini ad hoſpitium non ſolùm invitandi ſunt, ſed etiam trahendi. Menſam igitur ponunt, panes, ciboſque offerunt: & Deum, quem in Scripturæ ſacræ expoſitione non cognoverant, in panis fractione cognoſcunt. *D. Gregor. Papa Homil.* 23. *in Euang.*

(49) Cognoverunt eum in fractione panis. *Luca* 24. 35.

(50)

Huic modo virtuti conjungitur altera virtus;
Unde Fides (50) comes est, fitque fidelis amans.
Eia age; plus semper tua mens ut fulgeat, ora;
Cur Fidei minus est quærere? Quære magis.
Effluit in Natum Genitricis gloria; Nati
Sit tibi charus honos; & Genitricis erit.
Quisquis adhuc titubas, caveas, ne dicat uterque:
O' modicæ (51) Fidei quid dubitare velis?
Divinæ tibi Matris honor sit corde perennis;
Ne mersus pereas, (52) porriget illa manum.
Paulus ait: (53) Quàm culpa nocet, plus gratia prodest,
Quæ data si multis, pluribus aucta juvat.
Gratia quæ fluit in multos, quod denotat omnes,
Ecce quod in plures ros magis iste fluit.
Paule quid hoc? Quare hæc distinctio? Quid, nisi Matrem
Intactam (54) à multis excipiendo Dei?

Si

(50) Fide purificans corda eorum. *Acta Apostol. cap.* 15. 9.

(51) Modicæ fidei quare dubitasti. *Matth.* 14. 31.

(52) Salva nos; perimus. *Idem* 8. 25.

(53) Non sicut delictum, ita & donum; si enim unius delicto multi mortui sunt; multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. *Ad Roman* 5. 15.

(54) Fà qui l'Apostolo due contraposte: il primo è della grazia di Christo col peccato di Adamo: l'altro è di quelli, che pel peccato son morti, con quelli, a cui son giunti i doni della medesima grazia. E mostra di spiegar due cose: la prima, che son maggiori i beni cui hà recati la grazia, di quel, che sieno i mali, che hà portati la colpa: *Non sicut delictum, ita & donum.* L'altra è, che à più huomini in numero si distese la grazia della Redenzione, che il peccato del primo Padre: *Gratia in plures abundavit.* Posto ciò, per salvar questo eccesso di numero de gli uni sopra de gli altri, si dee dire, che tra figliuoli di Adamo vi è qualch'uno, à cui giunse la grazia di Christo, e non giunse il peccato. Mà egli è di fede, che il peccato originale, tolta la Vergine, comprende tutti; dunque Ella sola rimane, in cui si verifichi l'eccesso del numero, espresso dall' Apostolo in quel *plures*. Dunque Ella fù, à cui non giunse il peccato, e giunse la grazia.

Questa Sentenza, secondo tutte le parti qui esposte fù sostenuta in uno Atto publico nella Università de Alcalà in Ispagna dal P. Giuseppe Guarnizo della Compagnia di Giesu, presidendogli come Maestro, che gli era, il Padre Diego di Celada, celebre pe suoi dotti, ed ingegnosi Comentarii sù la Scrittura, ove la insegna. La disputazione fù di più ore, e tutta sopra questo sol punto, senza che da' più eccellenti Maestri, e Cattedratici, i quali v'intervennero, se ne tocasse verun altro in tutto il giorno; e si terminò con felicità di successo à gloria della Vergine, e de' suoi ingegnosi difenditori.

Non contenti di ciò preser questi parere da più dotti Teologi della Spagna sù la spiegazione del Testo da loro propugnata, e fù da essi approvata per vera, come vedesi dalle loro soscrizioni, registrate da Pietro Simancas. Avvalorati dall'autorità di tanti huomini illustrissimi, il Celada, e'l Guarnizio indi à non molto la divolgarono con le stampe, ed hebber seguaci non

pochi

Si multos confers cum pluribus, ecce redundat
Exceſſus numeri: ſenſus hic alta tenet.
Res certa eſt; uno, multi cecidere, cadente;
Attamen haud omnes quod cecidere, notat.
Sic numeri notat imparitas; exceptio quædam
Ergo eſt; & quid erit? Quid, niſi Diva Parens?
Sic varii ſenſere novâ pietate Magiſtri,
Et quia ſcrutantur, (55) corde operante, vident.
Quis prior at fuerat, niſi (56) tu Comes inclyte, Pauli
Scrutator, cernens hoc prius ipſe jubar?

Tra-

pochi Teologi, e Prelati, che parimente la publicarono nelle loro opere, i cui nomi mi giova ſegnare: *Didacus Celada in Judith figurata* §. 31. *ſecundæ impreſſionis. Guarnizo in memorial.ad Cardin. Moſcoſum. Franc. Sanchez de Villanova Archiep. Tarent. Anton. Perez Archiep. Terracon. l. de fide in epiſt. ad Rom. contr.* 2. *c.* 21. *Petrus Perez Epiſc. Arequipenſ. in epiſt. ad Regem Cathol Heric. in* 1. *part. tract.* 3. *diſp.* 35. *Alarco in p. part. tract.* 4. *diſp.* 6. *c.* 6. *Ambroſ. Peñaloſa de Concept. Anton. Velaſquez de Concept. Jo. Schoenleben orbis votor. l.* 3. *Et alii multi.*

Opponevaſi loro la novità di tale ſpoſizione, non data per avante alla lettera di quel Teſto da'Santi, e Commentatori antichi: ciò, che la rendeva ò ſoſpetta di falſità, ò manchevole di autorità. Mà difendevanſi con dire, ch'Ella non era contraria ad alcuna concorde, ed unanime ſpiegazione, in cui foſſer convenuti tutti i Padri; impercioche ſono ſi varie quelle, le quali vi ſi trovano già date, che la varietà iſteſſa, e l'oppoſizione, che molte di loro hanno frà ſe, è argomento, che le antiche non ſono le proprie, e le vere. Là dove la ritrovata da eſſi era conforme alle regole poc anzi addotte del ſenſo letterale. Di più dicevaſi, che la novità ſoſtenuta da ſode ragioni non dovea crederſi in eſſe argomento di abbaglio, mà di perſpicacia. Le Scritture eſſer miniere ineſauſte, e non ſolo à gli antichi, mà à moderni dirſi da Chriſto: *Scrutamini Scripturas*, lo che non ſi ſarebbe detto, ſe anche i moderni non poteſſer con la diligenza, e la luce dello Spirito Santo cavarne nuove intelligenze, alle quali il tempo darà ſempre maggior autorità, quand'habbiano ſeguaci. *Strozzi Hiſtor. Concept. lib.* 2. *cap.* 12. *pag.* 68.

Non peccatum Adæ, ſed gratia Chriſti ſe extendit ad B. Virginem. *A Lapide ad Text. D. Pauli, ut refert Diar. Metr. p.* 75.

O Mater Domini, ſicut in prima fæmina abundavit delictum, ita & in te ſuperabundavit plenitudo gratiæ; & ideo ſuper omnes es ignara delicti. *D. Auguſt. in Serm. de nativit. Virg. ad dictum Text. ut refert Diar. Metr. ibid.*

(55) Scrutamini Scripturas. *Joan.* 5. 39. Scrutare Scripturas, & vide. *Idem Joan. cap.* 7. 52.

(56) Non poſſono queſti valenti Teologi arrogarſi pienamente la gloria d'eſſere ſtati i primi inventori della luce data à quel Teſto. Tolſe loro queſto vanto un Principe, e fù Wifredo (*Alva in malitiâ Concept. verb. Wifredus*) ſecondo Conte di Barcellona, il quale fè ſcolpire in un marmo quel, ch'eſſi ſcriſſero sù le carte. Edificò egli alle Monache Benedettine il Moniſtero di Lucula, ch'ora è unito à quello di Santa Croce, nella cui fabbrica poſe una gran lapida, la quale conſervaſi nel portico del medeſimo. In eſſa vedeſi effigiata da un lato una gran multitudine di huomini d'ogni ſtato, nè quali rappreſentaſi tutto il Genere humano, e gli ſi leggono di ſopra ſcolpite queſte parole: *Omnes in Adam peccaverunt*. Nell'altro lato, ſeparata da tutti vedeſi ſola la immagine della Beatiſſima Vergine, con à piedi deſcritto: *Ubi abundavit delictum. ſuperabundavit & gratia, &c. in plures abundavit.*

Tradita ad Hiſpanas quondam pervenerat oras
    Inveterata diù Parthenis agnitio.
Sed prior excelſi tu Pauli oracula nôſti;
    Hanc per te faſſa eſt Barcino læta fidem.
Sub pede Virgineo VVifredi inſcriptio, Textus
    Hujus ab antiquo tempore viva manet.
Sic jam Divinæ tunc præſervatio Matris
    Vera per hoc Pauli cognita lumen erat.
Quam bene in hoc ſaxo disjuncta Deipara mundo eſt?
    Quid cum prælecta Virgine mundus habet?
Cernitur hic victrix Conceptio Virginis, illic
    Sub ſtygio Adami tota propago jugo;
Tota propago licet fuerit collapſa in Adamo,
    En Pauli ad voces excipienda Parens.
Diva Parens, præclara Parens, candore niteſcens,
    Ut bene marmoreus denotat ille lapis.
Hæc nobis nihil ergo novi, ſententia duxit:
    Prædocuit Princeps, quod nova ſæcla docent.
Omnes peccarunt: ſed non (57) comprenſa MARIA.
    Credere mos vetus eſt, ſi dubitare novus.

Quivi la Madre di Dio diviſa dall'altra turba, ſi dimoſtra non compreſa tra quegli: *Omnes*, che peccarono in Adamo, e quell': *in plures abundavit*, poſto a ſuoi piedi, ſpiega, che in lei guinſe la grazia, e no l'peccato. *Strozzi Hiſt. Concept. lib. 2. cap. 12 in fine.*

(57) *Ut refert Antonius de Lupian in ſua Epitome Conceptionis.*

Wifredo ſegundo Conde de Barcelona, edificò el Monaſterio de Santa Maria de Leula de Monjas de S. Benito al prezente unido al de S. Cruz, en cuja fabrica manifeſtò el afecto, y devocion, que tenia a eſte ſanto Myſterio en una lapida muy grande, que puſo, y ſe conſerva en el portico del miſmo Monaſterio bien curioſa, y que explica con mucha claridad dos lugares de S. Pablo: por la una parte eſtà de relieve una gran multitud de gente de todos eſtados, que parece quiſo decir, que era todo el genero humano, y en cima la dicha multitud eſtan eſtas palabras: *Omnes in Adam peccaverunt:* Y en la otra parte dela miſma lapida eſtà del miſmo relieve una imagen de N. Señora, y a ſus piès las palabras, que eſcriviò ad Roman. 5. *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia &c. in plures abundavit.* No intento eſcrivir eſcolaſtico; porque ſon innumerables los Doctores, y Expoſitores, que ſienten formalmente en eſtas ultimas palabras de S. Pablo, que excluien a N. Señora delas primeras, y apelando àquellas ultimas voces: *In plures abundavit* ſobre Maria Santiſſima; y eſto miſmo es lo que dà a entender la miſma lapida, apartandola del genero humano, para exceptuarla del peccado original, en que incurrieron los de mas hijos, y deſcendientes de Adan. *Hæc in dicta Epitome &c. P. Petrus de Alva, & Aſtorga in ſuo lib. cui titulus:* Militia Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ contra malitiam originalis infectionis peccati.

Omnipotens, bone mi JESU, tua (58) dextera fecit,
Qui prædo ut fuerat, præco docendo foret;
Ut lupus efferior ſe commutaret in agnum,
Paulus & inde foret, qui modo Saulus erat.
In pia verte etiam dubitantia pectora, verte
Matris in obſequium prona movenda tuæ.
Nonne tua egiſti (59) ſecreta patentia Paulo?
Quid mirum hanc doceat nos ſatis (60) ipſe fidem?
Tu tamen hanc (61) augere velis, Tu mentibus illa
Fac, precor, ut vigeat Semper, & aucta juvet.
Si quis Parthenii fuit hactenus hoſtis honoris,
Fiat amore cliens amodo fidus, age.
Noſcitur Excelſi ſed jam mutatio dextræ;
Plauditur omnigenis Immaculata Choris.
Defuit at nunquam Divinæ hæc gloria Matri,
Semper & ejus honor cognitus orbe fuit.
Muſa tamen ſiſte huc: ætates reſpice lapſas,
Invenis & ſenſus tempus in omne pios.
Invenis Auguſtæ de Matris origine pura
Servaſſe hoc Fidei ſingula (62) ſæcla jubar.

(58) Hæc mutatio dexteræ Excelſi. *Pſal. 76. 11.*

(59) Quoniam raptus eſt in Paradiſum & audivit arcana verba. 2. *ad Corinth. cap.* 12. 4.


(60) Ipſa Beati Pauli doctrina abundè ſufficere videtur, ut certam vobis de divinis Myſteriis fidem faciat. *D. Cyrillus Epiſc. Jeroſolym. Catecheſi Myſtagog.* 4.

(61) Adauge nobis fidem. *Luca* 17. 5. *ut pag.* 52. *in hoc Cant. n.* 35.

(62) *Pater Joan. Croiſet Societ. Jeſu in lib. ſub titulo, lingua Gallica.* Exercices de pietè pour tour les jour de l'annèe, mois de Decembre pag. 217. *refert, quod ſequitur:* On voit au primier ſiecle les deux Saint Jaques, Saint Marc, & Saint Andrè dans leurs Liturgies, & ſur tout dans celle de Saint Jaques le Majeur rapportèe par Teſiphon, & par Allatius. Au ſecond Saint Juſtin Martyr, Saint Hypolite, Saint Cyprien. Au troiſieme Saint Gregoire Thaumaturge, Origene, Saint Denys d'Alexandrie. Au quatrieme Saint Athanaſe, Saint Ambroiſe, Saint Amphiloque, qui parlent tous de la tres Sainte Vierge, come exempte par une grace ſpeciale de toute tache de tout pechè: *Virgo Maria digna digni, immaculata immaculati, una unius, unica unici.* On voit au cinquieme ſiecle Saint Auguſtin, Saint Jerome, Saint Maxime de Turin, Thedoret. Dans le ſixieme Saint Fulgence, & Saint Sabbas, qu'on croit auteur d'un Office à l'honneur de l'Immaculèe Conception de la Mere de Dieu, au quel Saint Germain Patriarche de Conſtantinople, ajoûta une Antienne. Au ſeptieme ſiecle, Saint Ildefonſe, Sophronius Patriarche de Jeruſalem, & le ſixieme Concile General tenu à Conſtantinople, qui reçut avec applaudiſſement la lettre de ce Patriarche, qui appelle Marie Immaculèe, & exempte de toute contagion de pechè: *Mariam fuiſſe liberam ab omni contagione peccati.* Dans le huitieme Radbert Abbè de Cor-

bie,

bie, Saint Jean Damafcene, Raymond Jourdain Abbè de Sellez, fi connu fous le nom de Idiot., qu'il avoit pris par humilitè, & le fecond Concile General de Nicèe, qui nomme la Sainte Vierge plus pure, que toute la nature fenfible, & intellectuelle, c'eft à dire, plus pure, que les Anges mêmes, qui n'ont jamais etè foüillez du moindre pechè actuel, ni originel. Au neuvieme fiecle Theophane, & les Mènèes Grecques fi anciennes, ce font les livres Ecclefiaftiques à l'ufage des Grecs, ou l'on trouve fi bien marquèe leur devotion envers la Conception Immaculée: *Singulari providentia perfecit, ut facra Virgo ab ipfo fuæ vitæ principio tam exifteret pura, quam effè puram decebat illam, quæ tanto bono, id eft Chrifto, digna exifteret.* (In Meneis Hom. de Ann.) Dans le dixieme fiecle Saint Fulbert, Saint Anfelme, le Cardinal Pierre Damien, Saint Bruno fondateur des Chartreux. Dans le onzieme le Bienheureux Yves de Chartres. Au douzieme Saint Thomas, & Saint Bonaventure. Au treizieme Albert le Grand, Alexandre de Ales. Au quatorzieme Saint Laurent Juftinien, & le Docteur fubtil Scot. On compte plus de quatrecens Auteurs des trois fiecles fuivans, dont foixante & dix fon Eveques tous celebres par leur pieté, & par leur rare fçavoir, qui ont tous écrit en faveur de la Conception Immaculée de la Mere de Dieu; & l'on peut dire, qu'apres les verités de foi, il n'en eft point dans le Chriftianifme de plus fure, & de plus folidement établie, que celle de l'Immaculée Conception de la tres Sainte Vierge.



CANTICUM V.

PArthenius partus, purus Conceptus, eàdem
Sunt ſpecie caſus, quos ſimul ire decet.
Alter & abſque alio nunquam procedere poſſent,
Integer ille ſequens, integer iſte prior.
Sit licet humana hæc ratio, non fallit. Eandem
Utique naturam debet uterque ſequi:
Effecit natura quidem Divina ſequentem;
Hinc præcedentem fecerat ipſa prius.
Sunt duo, queis venit Deitas innixa, polares;
Ipſa igitur virtus æqua in utroque fuit.
Ergo inſons Conceptus erat, ſi fæta Puella;
Axes mens hominis quò penetrare nequit;
Noſcere nec poterat. Naturæ hæc reſpuit ordo;
Quin, niſi reſpueret, Cælicus eſſet homo.
Sed velit almus amor recludere lumina mentis,
Mox Fidei (2) monitis obſequioſa, vident.
Lumina per (3) Fidei Numen ſi cernitur ipſum,
Quomodo non etiam cætera viſa forent?
Divini Genitricis honor ſi gloria Nati eſt,
Quomodo credenti non erit ille patens?
Hæc tua ſunt (4) maria alta nimis, Divina MARIA,
Te duce, noſtra Fides hîc ſua vela dabit.

Noſ-

(1) O'miracula, ò prodigia! Naturæ jura mutantur in homine: Deus naſcitur, Virgo ſine viro gravidatur; Viri neſciam ſermo Dei maritat. *D. Aug. Serm.* 13. *de nativit. Domini.*

(2) Fides habet oculos ſuos, quibus videt verum eſſe, quod nondum videt. *Manſius.*

Habet fides oculos ſuos, quibus quodammodo videt verum eſſe, quod nondum videt, & quibus videt certiſſimè ſe non videre, quod credit. *D. Auguſt. Epiſt.* 222.

(3) Prius te oportet credere, ut poſtea per fidem Deum merearis aſpicere. *Idem Aug. Serm. 2. de Aſcenſ. Dominis, qui eſt* 175. *de temp.*

(4) Sicut congregationes aquarum appellavit maria, ſic congregationes gratiarum appellavit Maria. *S. Antonin.* 4. *p. tit.* 15. *cap.* 4.

Idem referunt D. Bernard. Albert. Magn. Jacob. de Voragine, & melius ad intentum Egidius Columna in expoſitione Salut. Angel. dicens. Mare ſine peccati auſteritate, & erroris amaritudine .... Sicut omnia flumina intrant in mare; ſic omnia chariſmata gratiarum intrant in Mariam. *D. Seraphicus.*

(5)

Noſcere magna potens, tibi quæ Deus egit, anhelo;
Mergitur immenſo ſed mea cymba mari.
Ad Conceptum, Diva, tuum molimina contra,
Orcique inſidias adfuit Almus Amor;
Adfuit, aſpiciens etenim fæta anxius Annæ
Viſcera mirandis intumuiſſe modis,
Hoſpitio dignos, & majeſtate Tonantis
Ora, genas, oculos ſub tibi nocte videns,
Vult omne eſſe ſuum formoſo in corpore munus,
Puro circumdans omnia membra foco.
Sic patrio haud potuit concreta in ſanguine labes
Tranſire, innocuum nec temeravit opus.
Quale metallifera in Cuba, vel montibus aurum
Peruviæ ſtridens ignibus excoquitur,
Egrediens purum, dum protinus omne liquendo
Exſudat vitium, ſpumaque vilis abit;
Cœleſti haud aliter luſtravit lampade corpus
Almus Amor, decus ut traderet inde novum.
Aſt operis melior, nimirum includere in artus
Regnatricem animam, pars remanebat adhuc.
Hanc animam gratæ fruituram munere lucis
Millibus è multis legerat Omniparens.
Jamque aderat tempus: Nunc nunc ſuccurrite Divæ,
O' mea turba, hoſtem pellite: clamat Amor,
Agminibus Stygiis cunctas opponite vires.
Tu venientem almo, Gratia, conde ſinu.
Vix ea fatus erat, cum ſacro effuſus ab ore
Illicò ſe membris ſpiritus inſinuat.
Gratia mox in opem naturæ adverſa fugavit
Arma, ac fulſit honos undique Parthenius.
Adfuit & Charitum chorus omnis, & aurea pubes
Virtutum, cingunt quæ tibi, Diva, caput.
Sed tantas inter dotes ea maxima nonne eſt,
Matrem eſſe, ac pariter virginitate frui?
Hæc tibi, non aliis data ſit, dignæ utpote Matri,
Unde novus veterem ſurgat Adam redimens.

Vir-

Virgo manens, generare nequit, quæ filia Adami eſt,
Poſt partum genitrix virgo nec ulla manet.
Non es Adæ tu igitur proles humanitus orta,
Si venis, alma Dei præmeditata Parens,
Virgo quidem remanens, aliunde puerpera, nanque
Sola Deum perpes gignere Virgo valet.
Quis neget ergo Deum, qui te ſuper extulit omnes,
Et tibi conceptum contribuiſſe parem?
Forſitan humanum eſt, florem ſervando pudoris,
Non operante viro, te genuiſſe virum?
Sed quod erat verum, cur non patet omnibus? Imò
Cur alias ſpecies lumina noſtra vident?
Deſponſata (5) viro, Divino impleris amore;
Fætus at ex proprio creditur eſſe viro.
Ut foret hoc mundo ignotum, fuit alta voluntas,
Ne tantum Satanas noſcere poſſet opus.
Conſilium ſi noſſe (6) Dei potuiſſet avernus,
Agnum feciſſet, qui leo dirus erat.
In pia quàm certè mutaret, & impia corda,
Ex ove nec Judam redderet inde lupum.
Chriſti intentatam cœdem de mente tuliſſet,
In libertatem ne remeaſſet homo.

At;

(5) Quare non de ſimplici Virgine, ſed de deſponſata concipitur? Primò ut per generationem Joſeph origo Mariæ monſtr: retur: ſecundò ne lapidaretur à Judæis ut adultera: tertiò ut in Ægyptum fugiens haberet ſolatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſata conceptus ſit: Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, ſed de uxore generatum. *Hom. D. Hieron. lib. 1. Comment. in c. 1. Matt.*

(6) Quid autem inter omnia opera Dei, in quibus humanæ admirationis fatigatur intentio, ita contemplationem mentis noſtræ, & oblectat, & ſuperat, ſicut paſſio Salvatoris? Qui, ut humanum genus vinculis mortiferæ prævaricationis abſolveret, & ſævienti diabolo potentiam ſuæ majeſtatis occuluit, & infirmitatem noſtræ humilitatis objecit. Si enim crudelis, & ſuperbus inimicus conſilium miſericordiæ Dei noſſe potuiſſet, Judœorum animos manſuetudine potius temperare, quam injuſtis odiis ſtuduiſſet accendere: ne omnium captivorum amitteret ſervitutem, dum nihil ſibi debentis perſequitur libertatem. Fefellit ergo illum malignitas ſua, intulit ſupplicium Filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedium verteretur. Fudit ſanguinem juſtum, qui reconciliando mundo, & pretium eſſet, & poculum, *S. Leon. Papa Serm.* 11. *de Paſſione Domini*. Verbum enim caro factum, ſic ſuſceptionis noſtræ temperavit exordia, ut natus Jeſus, & credentibus manifeſtus, & perſequentibus eſſet occultus. *Idem Serm. 2. de Epiphania.*

(7)

At, licet aſtutus, ſe Lucifer ipſe fefellit,
Abſtulit & facinus vincula noſtra ſuum.
Ah tua quid valuit malefidæ aſtutia mentis!
Prævaluit feritas corde, Tyranne, tuo.
Per crebra ſigna Deum quamquam tu poſtea noſti,
Deſinis eſſe ſagax, ut velis eſſe ferox.
Concepit, peperit Divino è Flamine Virgo,
Sed mulier ſponſi credita vera fui.
Sponſus erat Joſeph, Genitorque putatus JESU;
Verus ut iſte ſatus, verus ut ille Pater.
Diva MARIA quid hoc? Tu ſemper Virgo, Deique
Tu Genitrix: negat hoc mundus utrumque tibi?
Eſto: Tunc homines potuere haud credere, nanque
Viſa alia eſt ſoboles, altera viſa Parens.
Hæc arcana (7) Dei: Sic de candore MARIÆ
Quis neget arcanum (8) mente fuiſſe Dei?
Sunt arcana Dei (9) ſua ſunt magnalia, nobis
Poſtea quæ ſenſim percipienda dedit.
Ipſe decens novit (10) tempus, quò danda putavit,
Quandoque gens hominum diſcere digna foret.
Vera Puella ſed eſt aſpecta, ut quælibet uxor,
Nec rata Divino Flamine vera Parens;
Viſaque ut in nigra eclipſi, ſed candida verè,
Solis ut æterni lumine (11) tecta fui.
Omnia conſpicimus; viſa una, aſt altera vera:
Viſa, ut falſa, (12) decet ſpernere, vera ſequi.
Quid minus auguſtæ de Matris origine Mundus
Senſerit? Eſt lutei filia viſa Patris.

Fi-

(7) Judicia tua Abyſſus multa. *Pſalm.* 35. 6.

(8) Secretum Dei intentos debet facere, non adverſos. *De Hom. D. Auguſt. Tract.* 27. *in Joan.*

Creavit Dominus novum ſuper terram. *Jerem.* 31. 22.

(9) Donec annuntiem brachium tuum .... Potentiam tuam, & juſtitiam Deus uſque in altiſſima, quæ feciſti magnalia. *Pſal.* 70. 18. & 19.

(10) Per incrementa temporum crevit ſcientia ſpiritualium Patrum. *S. Gregor. Pap. Hom* 26. *in Ezech.*

In agnitionem myſterii Dei, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. *Ad Coloſſ. cap.* 11. 2. & 3.

(11) Mulier amicta Sole. *Apoc.*

(12) Omnia enim, quæ credimus, vel viſu credimus, vel auditu. Viſus ſæpe fallitur, auditus in fide eſt. *D. Ambr. lib.* 4. *in Luca cap.* 5. *prope fin. libri.*

(13)

Filia ſed verè Patris Cœleſtis (13) ab ævo,
Præſervata Parens digna futura Dei.
Sic & conjugium mundi ſub imagine, at illum
Numine per miros perficiente modos.
Es tu Virgineus Cuſtos, Sanctiſſime Joſeph;
Sed mundi Princeps te putat eſſe virum.
Se tibi, permaneat deluſus ut invidus hoſtis,
Subdidit alma Parens, ſubdidit ipſe Deus.
Augmen (14) es, at magis augeri nequit alta poteſtas,
Qua frueris; parent nutibus ambo tuis.
Hoc Patre, & hoc Sponſo poterit quis ſurgere maior?
Vult minor eſſe Dei Mater, & ipſe Deus.
Quàm ſors alta tua eſt? Tu Rector utrumque tueris,
Sudore & vultus paſcis utrumque tui.
Sed maius ſors crevit adhuc, nam mortis agone (15)
Ambo piis manibus te tenuere ſuis.
Et Puer, & Genitrix, mortem dum conſpicis, aſtant;
Hinc res mira quidem te potuiſſe mori?
Sed licet in tantâ linquas dulcedine corpus,
Non erit hoc equidem, ſi moriare, mori?
JESU te Patrem tunc fleret, credere fas eſt,
Te Sponſum & fleret Virgo benigna ſuum.
Linquis utrumque dolens; gaudens ſed deſere: vitæ
Te prope ſunt Genitrix, ipſaque vita prope.
Inter & amplexus vitæ, vitæque Parentis
Tu, debellato funere, tranſis ovans.
Anteit in terris Cœli tibi gloria, Joſeph,
Mors tetra nox aliis, ſed tibi fauſta dies.
Ah mihi tunc adſis: te mortis agone Patronum
Invoco, teque precor: ſat tua dextra mihi eſt.

Dex-

(13) Patrem noli vocare tibi ſuper terram: Unus eſt enim Pater tuus, qui in Cœlis eſt. *Matth. cap.* 23. 9.

(14) Joſeph, id eſt augmentum .... Qui & qualis fuerit homo B. Joſeph, conjice ex appellatione, qua, licet diſpenſatoria, meruit honorari à Deo, ut Pater Dei dictus, & creditus ſit: Conjice, & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. *D. Bernard. Hom.2. ſup. Miſſ. prop. fin.*

(15) In medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Pſal.* 22. 4.

(16)

Dextra potens, qua nulla potentior! Ipse paternam
Hujus opem dextræ sensit in orbe Deus.
Solus enim Joseph secreti conscius alti,
Creditus esse Parens Numinis emeruit.
Virginitas fæcunda Deo sic abdita mundo
Extitit, ac pariter Matris origo Dei.
Quomodo nota foret jam tunc Conceptio pura,
Si neque nota fuit fertilis integritas?
Denique factus homo Deus est, ut (16) pelleret hostem,
Ac foret exemplis pax solidata suis.
Ingreditur patiens, humilisque ignotus in orbem,
Ut patiens humilis vivere discat homo.
Et tamen, ut poteras cum majestate propinquans,
Gens tua, si velles Christe, redempta foret.
Sed tua fastosam renuit sapientia palmam,
Ne faceret tantum corda superba decus.
Divi ò Consilii pietas! Quid forte juvaret
Lata salus, rursum surgeret unde lues?
Hæc igitur pietas, summa & sapientia, tanto
Quæ bene pro populo flagrat amore suo,
Ferre an dæmonicâ poterat cum labe MARIAM
Venturam, Genitrix ne sua digna foret?
Integra Christiparæ mansit si postea fama,
Cur præservatus non prius ejus honor?

I Nes-

(16) Oportebat à principe mundi aliquandiu celari divini Consilii Sacramentum: non quod Deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab illo metueret: sed quia ipse, qui non solùm potenter, sed etiam sapienter quæcumque voluit, fecit, sicut in omnibus operibus suis quasdam rerum, vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit: ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostræ videlicet reparationis, non tantùm potentiam suam, sed & prudentiam ostendere voluit. Conveniens ergo erat, ut suaviter quoque omnia cœlestia scilicet, & terrena disponeret, quatenus & illinc dejiciens inquietum, reliquos in pace firmaret: & hic debellaturus invidum, nobis prius suæ humilitatis, & mansuetudinis valde necessarium exemplum relinqueret; sicque mirabili fieret moderamine sapientiæ, ut & Suis suavis, & hostibus fortis appareret. Quid enim prodesset diabolum à Deo vinci, nobis manentibus superbis? Necessariò igitur desponsata est Maria Joseph, quando per hoc, & à canibus sanctum absconditur, & à Sponso virginitas comprobatur, & Virginis tam verecundiæ parcitur, quàm famæ providetur. Quid sapientius? Quid dignius Divina providentia? Uno tali consilio secretis cœlestibus, & admittitur testis, & excluditur hostis, & integra servatur fama Virginis Matris. *D. Bernard. ex homil. 2. super Missus est.*

(17)

Nefciat hæc mundi Princeps myfteria: Juftus, (17)
Cum Genitum, & Matrem diligat, illa fciet.
Nemo (18) quidem fine forde fuit, fed Parthenis? abfit,
Nam veluti Genitus, fic fuit alma Parens.
Sufpendunt abftrufa diù myfteria mentem;
Tempore clarefcit progrediente fides.
Novit id arcanum jam Sancta Ecclefia dudum,
Commovet exemplis fubdita corda piis.
Refpice quot cultus illa & perfolvit honores,
Et per decretos (19) annua thura dies.
Non fatis eft cathedris (20) vetuiffe adverfa doceri?
Quâ annuerit Paftor, debet adire pecus.
Quid mage conceptam celebrans fine labe MARIAM
Te firmâ hoc documen credere mente monet.
Facta Redemptoris fi funt (21) præcepta tacentis,
En tibi, Sponfa tacens, per fua facta jubet.
In VERBO plus facta probant, quam verba docendo,
Facta Dei VERBUM (22) prodigiofa (23) probant.
Spiritui immudo cur ipfe (24) filentia Chriftus
Juffit? Divinos noverat ille fonos:
Debeat ut mundus per gefta agnofcere VERBUM,
Nefcius effe volens, ne fit ab hofte fciens.
Salvificis renuit qui credere vocibus, actis
Credat: In infidos convenit acta loqui.

Eru-

(17) Superabundavit autem gratia Domini noftri cum fide, & dilectione. 1. *Ad Timoth. cap.* 1.14.

(18) Nemo mundus à forde. *Job.*

(19) *Per Extravagant. Sixti IV. an.* 1476. *tertio Kal. Mart. quæ incipit*: Cum præexcelfæ. *Et per aliam Alex. VI. quæ incipit*: Illius, qui fe. *Et per Conftitutionem Sixti V. editam an.* 1586, *quæ incipit*: Expofitum nobis.

(20) *Per decretum Pauli V. editum die* 31. *Augufti* 1617; *& per Conftitutionem ejus fucceſſoris Gregor. XV.*

(21) Dominus, ac Salvator nofter aliquando nos fermonibus, aliquando verò operibus admonet. Ipfa enim facta ejus præcepta funt, quia dum aliquid tacitu. innuit, quid agere debeamus innotefcit. *S. Gregor. Papa Hom.* 17. *In Evang.*

(22) Deus factis mirabilibus loquitur. *D. Auguft.*

(23) Renuntiate Joanni, quæ audiftis, & vidiftis. Cæci vident, claudi ambulant, leprofi mundantur, furdi audiunt, mortui refurgunt, pauperes evangelizantur. *Matth. cap.* 11. 4. *&* 5.

(24) Sine, quid nobis, & tibi JESU Nazarene? Venifti perdere nos? Sciò-te, quis fis, Sanctus Dei. Et increpavit illum JESUS, obmutefce, & exi ab eo. *Luca cap.* 4. 34. *&* 55.

(25)

Erudiens igitur propriis Ecclesia gestis
Vera colenda jubet, (25) falsa docere nequit.
Flamine Divino regitur, (26) nec fallitur unquam
Moribus, exemplo, Relligione, fide.
Sponsa Dei est, gremiique Parens studiosa fidelis;
Tam bonus ut Sponsus, sic bona nostra Parens.
Una est Relligio: Cur non sententia & una?
Quos creat una Parens, (27) Spiritus unus alat.
Quid, nisi Christiadum nostra est Ecclesia (28) Corpus?
Nonne (29) est vox populi vox reputanda Dei?
Nonne (30) agit ad Sanctos, vel res Ecclesia Sanctas
Quidquid agit, celebrat, prædicat, atque tenet?
Christiparæ (31) ipsa ortum pridem celebraverat. Inde
Conceptum coluit: Cultus uterque viget.

I ii Ma-

(25) Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest. *Isaia* 29. 21. *Matth.* 16. 18: 28. 20. *Luca* 22. 32. *Joan.* 14. 16: 16. 13: 17. 11. 20. 1. *Tim.* 3. 15. 1. *Joan.* 2. 27. *ut in Biblia Sacra auct. Du Hamel. Index Biblicus in Lit.* E.

(26) Neque unquam errare potest in doctrina fidei, vel morum. Est enim (1. Tim. 3. 15.) Domus Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis: cui nequidem portæ inferi prævalebunt (Matth. 16. ℣. 18.) & gubernatur à Spiritu Sancto, qui, ut est Spiritus veritatis (Joan. 16. 13.) ita docebit vos omnem veritatem. Et Christus quoque ut Sponsus assistit perpetuò Ecclesiæ, utpote Sponsæ suæ (Matth. ult.) ego vobiscum sum &c. *Comment. Tirini. Index controvers. fidei cap.* 5. *num.* 3. *de Eccl. Christi in terris militante.*

(27) Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eàdem sententia 1. *ad Corinth. cap* 1.

Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. *Ad Ephes. cap.* 4.

(28) Dicendum est, quod maximam auctoritatem habet Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda, quia & ipsa auctoritas Catholicorum Doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 10. *art.* 12.

(29) Vox de templo, vox Domini. *Jsai.* 66. 6.

Vox populi vox Dei. *Com. adag.* In his, de quibus nihil certi sacra Scriptura definit, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege habenda sunt. *D. August. Ep.* 86. *tom* 2.

Scripturarum auctoritas necessaria non est, si ipse sensus communis verum esse proclamat. *Idem August. Ep.* 7. *ad Marcel.*

(30) Ecclesia non celebrat festum, nisi de Sancto, vel de re sancta. *D. Thom.* 3. *p. q.* 27. *art.* 1.

Consuetudines Ecclesiæ in Divino cultù, nihil veritati repugnant, & ideo sunt servandæ. *Idem D. Thom.* 2. 2. *q.* 9. *art* 1. *ad* 3.

(31) Dubitari non potest Beatissimam Virginem sine peccato originali natam esse, quia Ecclesia ejus nativitatem celebrat. *Idem D. Thom.* ac per consequens festum de Conceptione non celebraret, si in peccato originali fuisset concepta. *Soares. Diar. Metr. pag.* 397.

Valde notandum est, quod Angelicus Doctor. *art.* 1. *q.* 27. 3. p. ad probandam Virginis nativitatem fuisse sanctam affert, ut evidentissimum argumentum festum, quod Ecclesia facit de illa; unde S. Doctor supponit, ut evidens principium Ecclesiam Romanam non celebrare festum nisi de re vere sancta; cum igitur ipsa instituerit festum de Virginis Conceptione... necessario dicendum est, juxta do-

Matre (32) jubente, pium festum celebratur utrumque.
    Ergo absit dubitans; imperet ista Fides.
Sanctæ igitur Matris vestigia certa sequamur;
    Cor tibi sit supplex, mens pia, vivus amor.
Omnia, quæ spectant Christi mysteria vitam,
    Sive forent Matri congrua quæque suæ;
Omnia nonne piis sua Sponsa Ecclesia festis,
    Dogmate non facto, tempus in omne colit?
Hæc equidem Divina (33) prius mysteria novit
    Instituens festos mox super illa dies;
Inde ut Conceptus puri cuncta esse sequelas
    Novit, & huic jussit mox sacra thura dari.
Nam fidei satis est (34) cultus, sat mystica facti
    Notio, præceptis non opus ergo novis.
O' quid opus verbis, si publica gesta loquuntur!
    Hæc quam multoties sunt meliora sonis.

Qua-

doctrinam Angelici Doctoris, Virginis Conceptionem sanctam fuisse. *Justinian. Episc. Valent. Relig. Prædicat. in addit. ad vitam S. Sud. Bertrandi.* §. 3.

(32) Ecclesia statuit festum Conceptionis; ergo B. Virginis Conceptio est Sancta, & per consequens Immaculata; ergo sine originali. *Gabriel Biel. in 3. d. 3. q. 1.*

Solemnitate Conceptionis, S. Matre Ecclesia jubente, instituta, ut à toto populo Christiano honoraretur, & colatur, sequitur canonizatam manere, ut rem sanctam. *Philip. Bernal. in lib. sententiæ D. Thomæ in favor. Immac.*

(33) Spiritus interdum revelat Ecclesiæ, vel Doctoribus posterioribus aliquas veritates, vel expositiones S. Scripturæ, quas non revelavit eorum prædecessoribus. *Sic dixit Gregorius in 12. Daniel*: Pertransibunt multi, & multiplex erit scientia Domini. Ideò Moyses scivit plusquam Abraham, Prophetæ quam Moyses, Apostoli quam Prophetæ, & Doctores addiderunt multas veritates ultra Apostolos. Quapropter dicere possumus hanc veritatem: B. Virginem non fuisse conceptam in peccato originali, de illis esse veritatibus, quæ noviter sunt revelatæ, vel declaratæ tam per miracula, quàm per majorem partem Ecclesiæ Sanctæ, quæ hoc modo tenet. *Gerson. Serm. de Concept. Tom. 4. Operum Consider.* 1. & idem Gerson in consider. 8. Serm. de Nativit. Virginis Tom. 3. (confirmat in Concil. Constan.) allegando Augustinum, & Anselmum dixit: B. Virgo fuit præservata à Deo, ne caderet in peccatum originale, in quod alioquin vi legis ordinariæ casura erat: *ut refert Soares Diar. Metr. pag.* 176.

Idem nunc sentit Ecclesia de Virgine Maria Matre Domini intemerata & Immaculata. *Joan. à S. Geminiano in Serm. Funeral. dist. 2. Serm. 4.*

(34) Ecclesia Romana, dum ex certa scientia Conceptionem B. Virginis, sub titulo Immaculatæ celebrat, statuit, & declarat sententiam, quæ tenet B. Virginem sine originali fuisse conceptam, non solum simpliciter esse veram, sed ita esse certam, ut à parte rei nullo modo sit falsa. *Ægidius à Præsentat lib. 3. q. 6. art. 1.*

Euangelio non crederem, nisi mihi diceret Ecclesia. *D. August. Epist. cap.* 5.

(35)

Quare igitur pro conceptâ nunc dogma petendum?
Quod facit haud dubium cultibus illa ſuis.
Ergo piæ valeant ſapientia geſta Parentis:
Hæc ſunt pro noſtrâ dogmata vera Fide.
Debita nonne Dei eſt hæc præſervatio Matris?
Sic celebrata, vices dogmatis ipſa facit.
Immaculata Dei Matris Conceptio, jam non,
Dogma per expreſſum præcipiatur, eget.
Dogmatis inſtar agit cultus, (35) quem conſecrat Orbis:
Ut quid credenti lex ſtatuenda recens?
Dogmate quid melius, quam facta perennis in actu
Ipſa (36) Fides? Agere eſt, quod pia Mater agit.
Attamen id, Muſa, eſt procul ire: Quid anxia rivos
Quæris? Apoſtolici fontis habemus aquas.
O' quid Corpus aget, niſi per caput, omnia membra
Quod regat? Hinc debent quærere membra caput.
Nonne caput (37) Chriſtus? Nos nonne (38) fidelia membra?
A'capite hæc abſit degenerare ſuo.
Maximus ecce loco (39) Chriſti Benedictus, habenas
Qui pius, ac ſapiens arbiter, orbis habet;

Cui

(35) Ipſe quidem arbitror aliquando futurum, quod etſi fortè hæc ſententja expreſſè nunquam ab Eccleſia definiretur, jam eo ipſo redderetur hæc ſententia ſecundum fidem certa; ſiquidem ex fide certum eſt Eccleſiam totam non poſſe errare, perſuadendo ſibi aliquam ſententiam, quæ pertineat ad pietatem, & cultum Religionis. *Juſtinianus Epiſc. Valent.*

(36) Non ſolùm omnes fere Theologiæ Profeſſores, & Doctores, ſed etiam omnes, qui Chriſtiani nominis fidem profitentur in hanc ſententiam uno animo, unoque affectu conſpirant *Lippomanus Ad Raynaud. in tract. de pietate. Oxeda in Apolog. pro Immac. Concept.*

Sola fides Chriſtiana prædicat ea, quæ maximè honorem Dei ſuadent. *D. Bernardin. Senen. Tom. 1. Serm. 1. art. 3. c.1.*

(37) Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. *Ad Epheſ. cap. 5. 23.*

(38) Quia membra ſumus Corporis ejus. *Ibidem 30. 6.*

(39) Summus Pontifex Romanus hodie feliciter regnans. *Benedictus XIV.*

Pro certo habemus Chriſtum in terris particularem aliquem hominem ſibi Vicarium ſubſtituiſſe, qui eſſet ſupremum Caput, & ſpiritualis Monarcha totius Eccleſiæ (etſi omnes Hæretiti reclament.) vel inde colligimus, quod Eccleſiam ſuam optimè inſtar Caſtrorum aciei (*Cant. 6. 3.*) ordinarit; ergo & de ſupremo Duce proſpexerit: quod domum unam, maximeque unitam eſſe voluerit (*Domus Dei vivi, Columna, & firmamentum veritatis: 1. ad Tim. 3. 15. cui ne quidem portæ inferi prævalebunt. Matth. 16. 28.*) ergo unum Patrem familias illi præfecerit: quod unum corpus (*ad Rom. 12. 5.*) unum Regnum (*Matth. 21. 43.*) unum ovile fecerit (*Joan. 10. 19*) Ergo & unum Caput, unum Regem, & unum Paſtorem dederit. Et verò in Republica perfectiſſima, nobiliſſima, optimèque conſtituta, qualis eſt Eccleſia Chriſti non poterat non etiam regimen eſſe perfectiſſimum,

Cui data ſolvendi, data ſunt & jura ligandi,
Pandat ut æthereas, claudat & ipſe fores.
Ad ſacros i læta pedes; ibi poplite flexo
Prona mane, ac ſupplex hiſce precare ſonis.
Tu MARIAM, Pater alme, colis ſine labe creatam,
Orbeque jam conſtans permanet iſta fides.
Quamquam orbis clamat: *Victrix Conceptio vivat*,
Facta ex te clamant, verba ſed ore tenes.
Interpres tu nonne Dei es? licet omnia geſta
Nos ſatis edoceant, eſt tibi dogma dare.
Eia age Sancte Pater, licèt elucescat in actis,
Noſtra nec indigeat dogmate firma fides,
Fac, exoro, tuæ per vivæ oracula vocis
Sit celebranda novis plauſibus alma Parens.
Immortale tuum, Pater optime, munus adimple,
Ad Matrem, & Genitum duc, bone Paſtor, oves.
Quisne arcana poli de pectore Numinis haurit,
Quis, niſi rite ſuas qui gerit orbe vices?
Concilia ætherei plus intima, ſacraque Regis
Quis, niſi tu fidus rector, adire valet?
Per baculum ſignatur iter, ſed voce jubetur;
Et voce, & baculo rite reguntur oves.
Grex, quamquam bene cœpit iter, veſtigia ſectans,
Appetit Imperii prodita verba tui.
In te non macula eſt: Excuſſa (40) numiſmata clamant;
Aſt operis, Paſtor Summe, corona deeſt.
Munus idem (41) Petri eſt, eadem tibi lata poteſtas;
Hinc placeat geſtis addere verba tuis.

Pon-

mum, nempe Monarchicum, & optimà, nobiliſſimâque gubernandi formâ, qua unus præſit omnibus. Hæc enim ut ordinatior, facilior, ſtabilior, & diuturnior eſt, ita paci, ac concordiæ fovendæ, bonoque publico promovendo longè aptior eſt, quam Democratia, vel Ariſtocratia. Prov. 20. 8. Rex, *qui ſedet in ſolio Judicii diſſipat omne malum intuitu ſuo.*

Tirinus Comment. in S. Script. In ind. Controverſ. fidei Contr. 6. num. 1. ſub titulo: De Romano Pontifice, Supremo Capite Eccleſiæ, & Vicario Chriſti.

(40) In nummis Romanis nunc excuſſis ex una parte eſt effigies Immac. B. M cum hiſce verbis in circulo: *Macula non eſt in te.* Et ex alia ſtemma cum nomine. *Bened. XIV. P. O. M.*

Petro mortuo, non eſt (ut fingunt Hæretici) ſimul cum eo extincta Spiritualis Monarchia totius Eccleſiæ, ſed hæc ab illo tranſlata eſt in ejus ſucceſſorem. *Ruth.* 4. 14. Benedictus Dominus, qui

non

Pontificum (42) pietas, alma Urbs teſtatur, & Orbis,
Magna in Chriſtiparam quam fuit innocuam.
Sed tua qualis erit, ſi, te ſtatuente, perennem
Hanc tibi debuerit Parthenis alma fidem?

non eſt paſſus, ut deficeret Succeſſor familiæ tuæ. Nam officium Paſtoris, quod Petro in univerſam Eccleſiam commiſſum eſt (*Joan. ult.* 15.) eſt officium ordinarium, ac perpetuum, & ex natura rei tamdiu durare debet, quamdiu durat ovile. Et quia Eccleſia Chriſti duratura eſt uſque ad finem mundi (Deus fundavit eam in æternum. *Pſal.* 47. 9. In æternum non diſſipabitur. *Dan.* 2. 44. Regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 33.) debet etiam fundamentum ſupra quod fundata eſt (*Matth.* 16. 18.) tamdiu durare, nempe non in ſola Petri perſona, ſed etiam in ejus ſucceſſoribus..... Succeſſor S. Petri in monarchico Eccleſiæ principatû idem ille eſt, qui ei ſuccedit in Romano Epiſcopatu, nempe Pontifex Romanus.... Succeſſor autem gaudet eâdem poteſtate, ac dignitate, qua anteceſſor. *Tirinus dict. Controverſ. 6. num. 7. & 8.*

(42) Prueva-ſe la pureza de la Concepcion de Maria con los teſtimonios de los Pontifices, pues hallando ſe caſi todos a favor de ſu puriſſima Concepcion, no ſe halla alguno que la contradiga: como aſſi repara el Illuſtriſſimo Juſtiniano *in Tract. de Concept. B. M. V.* §. 2. ſeñalandoſe entre todos en moſtrar ſu aficion à eſte Santo Myſterio Innocencio VII. Alexandro V. Eugenio IV. Sixto IV. (con mucha eſpecialidad) Inocencio VIII. Alexandro VI. Julio II. Leon X. Adriano VI. Clemente VII. Paulo III. Julio III. Paulo IV. Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Clemente VIII. Paulo V. Gregorio XV. Urbano VIII. Inocencio X. Alexandro VII. y otros, haſta nueſtro Pontifice Maximo Clemente XI. que diò eſte ſanto dia de guardia por toda la Chriſtiandad; por màs que la mordaz calumnia de los adverſarios deſte Myſterio ſoberano, pretenda tener de ſu parte à tres Inocencios II. III. y V. o quiera hazer à tres inocentes culpados; porque la infatigable indagacion de Baronio, y Poſſevino les dexa convencida ſu mordacidad, y aſſi tambien el diligentiſſimo deſvelo de otros doctiſſimos Eſcritores. Lo que aſſi ſe comprueva con la Conſtituicion de Adriano VI. aprovando la Confraternidad de Toledo con titulo de la Concepcion, en la qual fue el primero cofrade el Emperador Carlos V. Dize pues el Summo Pontifice en ſu decreto: *Jubemus celebrari feſtum S. Annæ, ut memoria habeatur puriſſimæ Conceptionis ejus Filiæ, in cujus ventre fuit anima Mariæ creata in maiori gratia, quam Adami, vel Hevæ, quàm Angeli etiam, aut Archangeli, Cherubim, aut Seraphim, qui cum natura gratiam acceperunt; hac enim ad maius præ illis miniſterium eligebatur, & creabatur.* Como todo aſſi miſmo pondera Pedro Moncio lib. 1. de unius legis veritate cap. 77. diziendo: *Quam plures auctoritates comperimus, quæ ab Eccleſia commemorantur in Virginis laudem, nec ullam in contrarium legimus. Quæ quidem auctoritates non infectam, & immaculatam aſſignant, imo & totam perfectam, & ab omni labe ſemotam.* Y Juan Maior Doctor Pariſienſe, ponderando la aprobacion de Sixto IV. al Officio della Concepcion de Maria conpueſta por Leonardo de Nogarola, y enriquecido de conceſſiones, y gracias por el miſmo Pontifice, dize tambien: *Sixtus IV. hiſtoriam ordinavit, quòd ipſa non eſt in peccato originali concepta; & ſi ipſa non fuiſſet Sancta in Conceptione, ſed concepta in peccato originali, minime deberet obſervari.* Sea corona de lo referido el memorable Decreto de Alexandro VII. dado en Roma, apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, en el miſmo dia de la Concepcion de Maria, a 8. de Deziembre del anno de 1661. en el ſetimo año de ſu Pontificado, el qual empieza: *Solicitudo omnium Eccleſiarum, &c.* en el qual ſe contienen todos los Decretos, Bulas, y Conſtituciones de ſus Predeceſſores à favor deſte Santo Myſterio, todas aprovadas, renovadas,

vadas, y confirmadas por el mismo Alexandro, exprimiendo, y declarando todos sus fundamentos, refutando y convenciendo los de la opinion contraria, prohibiendo, y condenando sus proposiciones, y al fin haziendo una tal expression de la pureza original de Maria, que à definirla como de fé, este Oraculo de la Iglesia, no pudiera hablar màs claro: cuyo decreto no se refiere à la letra por su mucha extension. *Joseph Soarez de Silva in suo Diario Metrico en aplauso de la Conception de Maria Santissima pag.* 421.

P. Thomàs Strozzi Societ. Jesu in lib. suo sub titulo, lingua Italica: Controversia della Concezione della B. Vergine Maria descrita istoricamente: *incipit cap.* 4. *lib.* 3. *ut sequitur:*

Devesi il primo luogo à quello che vien somministrato dall'antico Messale Mozarabo. Leggesi in esso registrata la Messa, e l'officio, che usavano nel giorno dedicato alla Concezione gli antichi Christiani di Spagna i quali cattivi sotto il giogo degli Arabi, chiamavansi con voce Gottica Mozarabi. Non è da haversi in poco conto la memoria che si trae da questo antichissimo Messale per molti riguardi che l'accreditano. Egli fù primieramente per ordine del quarto Concilio Toletano disposto da S. Isidoro, che vi presedè, e poscia approvato da S. Ildefonso Arcivescovo di Toledo, che l'usò: e le sentenze che si leggono ne libri del medesimo Ildefonso in favore della Immacolata Concezione, facilmente persuadono, che ve ne fusse à suo tempo publico culto, secondo il rito registrato in quel Messale. Hebbe poi questo nel progresso de tempi più autorevoli approvazioni dalla Sede Apostolica, e prima da Giovanni Decimo, che sedè nella Cattedra de S. Pietro sul principio del decimo secolo. Mandò quel Pontifice Zanello Prete à riconoscere i riti delle Chiese di Spagna, ed havuta da esso relazione di quel che contenevasi in quel Messale, e della antichità, che colà lo rendeva venerabile, non volle ne toglierlo, ne riformarlo, mà lo lasciò in uso, ove già si adoperava. Seguì poscia fù la metà dell'undecimo secolo Alesandro Secondo, che di nuovo l'approvò, conosciutone prima il merito; poiche fattasi sopra di esso un esatta discussione nel Concilio Mantuano, à cui precedeva, ne confermò l'uso, e vietò à chi che fusse con autorità Apostolica il proibirlo, o mutarne la contenenza. Il che parimente fù con nuova sentenza confermato da Urbano Secondo, che gli fù successore nel Pontificato.

Et idem Strozzi lib. 5. *cap.* 3. *prope finem refert sententiam Papæ Joannis XXII. pro Immaculata Conceptione, ut sequitur.* §. In que medesimi anni si accese trà l'uno e l'altro Ordine la controversia della Concezione. Ond'è, che i Domenicani valendosi della opportunità del tempo, quanto à se favorevole, tanto à Francescani avverso, la portarono al Tribunale del medesimo Papa con gran fidanza di riportarne una Costituzione, che dichiarasse la pia sentenza o eretica, o pericolosa nella fede, ed erronea, come l'havean riportata per la loro opinione della Povertà di Christo: (*Horum vero posteri hanc causam duriore rixa sustinentes* ...... *Posteros Filiorum Minoris*, *Posteri Filiorum Maioris citantes coram ordinatione scilicet Joan. XXII. supradicti pariter convenerunt* ...... *Posteri filiorum Maioris producunt in Testam. Apostol. ad Romanos* 3. *Omnes peccaverunt & egent gratia. Alii producunt Euangelium Domini. Mariam plenam gratia. Luca.* 1. *Author Cronodromi.*)

Il Papa, presa la denunciazione ordinò, che la controversia si disputasse in sua presenza. Citate pertanto le parti convennero i Teologi dell'uno, e dell'altro Ordine, e per più giorni si agitò la questione. L'Autor del Cronodromo sopra nominato riferisce, che i Figli del Maggiore, cosi chiama egli i Domenicani, allegavano per la loro opinione le proposizioni universali della sagra Scrittura, le quali mostrano di comprender tutti nel peccato, senza eccettuarne veruno, e singularmente quella di S. Paolo à Romani: *Omnes peccaverunt, & egent gratia*, dalla qual proposizione universale non leggendosi esclusa la Vergine, inferivano esservi stata compresa dall'Apostolo, come tutti gli altri figliuoli di Adamo. Dall' altra Parte i Figli del Minore, cosi chiama egli i Francescani, allegavano l'Euangelio, ed in esso le parole di S. Luca: *gratia plena*, ed in questo Elogio, in cui si

ſi attribuiſſe à Maria la pienezza di ogni grazia, dicevano cifrarſi il Privilegio della eſenzione dalle leggi univerſali.

A ſciogliere poi l'argomento preſo dal teſto di S. Paulo, aggiungevano, che in eſſo l'Apoſtolo non diſſe più contro la Reina del Cielo nella allegata autorità, di quel che diceſſe nella ſeguente, poſta nel medeſimo capo: *Omnis homo mendax*. Da cui dovendoſi haver per certo, ch'Egli non compreſe la Vergine, benche la propoſizione ſia univerſale; così doveva ſtimarſi, che non inteſe di comprenderla nell'altra.

Il litigio ſi ripigliò ſempre con più ardore ne giorni, in cui durò, corroborando ciaſcuna delle parti le ſue ragioni, e portando nuove armi e all'offeſa, e alla difeſa. Stavan tutti ſoſpeſi aſpettando la deciſione che darebbe il Papa; la quale pareva, che doveſſe eſſer favorevole à Domenicani, ſi perche la Scritture, e'i Santi Padri, che da loro allegavanſi, erano i due primi luoghi Teologici, donde tragonſi le concluſioni più certe; là dove la opinione de'Franciſcani ſi appoggiava principalmente alla congruenza, ed alla pietà; ſi anche perche era ſtato anticamente nel ſentimento de'primi, ed era alieno di animo da ſecondi.

Mà con maraviglia di tutti avenne l'oppoſto (*Tandem Papa, divina illuſtratus gratia: Omnes, inquit, fatemur cum Gabriele Mariam plenam gratia; cum ergo gratiæ ſint ampliandæ, ſecundum Leges, & Canones, Mariam ſine originali peccato aſſero conceptam, & ejus feſtum Conceptionis judico eſſe celebrandum. Author Benedictinus Cronicromi, quod manuſcriptum ſervatur ſollicitè in Monaſterio Sanct. Petri Gandavenſi*) Giovanni illuſtrato dalla Grazia Divina, rinunziando à ſentimenti contrarii, ſe pur gli ebbe, mentre era Giacomo d'Oſſa, e ſpogliatoſi d'ogni parzialità, diſſe: Tutti confeſſiamo con Gabriello Maria piena di grazia. Dovendoſi adunque le grazie ampliare ſecondo le Leggi, e'i Canoni, aſſeriſco, che Maria fù conceta ſenza peccato originale, e giudico doverſi celebrare la feſta della ſua Concezione (*Unde ab illo tempore, ut à Maioribus traditur, Curia D. Papæ, & per conſequens univerſalis Eccleſia feſtivitatem glorioſæ Conceptionis Virginis devotè celebrat. Id. ibid.*) Onde aggiunge il medeſimo Autore, da quel tempo, come da Maggiori ſi riferiſce, la Curia del Papa, e per conſequente la Chieſa Univerſale celebra divotamente la feſta della glorioſa Concezione della Vergine. E qui ſi oſſerva, che la prima volta, che fù portata in Tribunale la pia ſentenza, non ſolamente ne uſcì libera da ogni cenſura, mà autenticata dal ſuffragio di un Papa, e da cui per ogni riguardo humano pareva, che ſi doveſſe attendere ogni altra deciſione. Onde ſi ſcorga, che fin da ſuoi principii è ſtata promoſſa dal Cielo, che allora più apertamente fà conoſcere l'opere ſue, quando gli eventi non corriſpondono à i mezzi, ed'à i giudizii degli huomini.

Ne quì ſi riſtette Giovanni, mà per dar un publico ſegno della ſua divozione al myſterio, compoſe una proſa, ò lode della Beata Vergine in otto tituli, che leggonſi preſſo Franceſco Martini Mentovato di ſopra, e da lui furono brevemente chioſati, la quale per la gravità dell'Autore, che la compoſe, non devo ommettere con eſſo la chioſa del medeſimo Martini, celebrato per ornamento de Teologi nel ſuo ſecolo, ed è la ſeguente.

Plena gratia. Come piena di grazia, dice il chioſatore, ſe cominciò dalla pienezza della colpa?

Incomparabilis flos. Come fiore incomparabile, ſe ſpontò piena delle ſpine della colpa?

Speculum decoris ſine macula. Come ſpecchio ſenza macchia, ſe fù macchiata dal peccato originale?

Radix innocentiæ. Come radice della Innocenza, e della Mondezza, ſe la Concezione di Lei fù infetta dal peccato originale!

Rubus Viſionis Moſaicæ, ardens, & non comburens. Come Rovo ardente, e non bruciato, ſe ſi pone, che nel principio della ſua origine fù bruciata dal fuoco della libidine?

Fulgens ſtella Maris. Come fù nel principio ſtella ſplendida del Mare, ſe fù offuſcata dalla macchia della Culpa?

Remedium vitæ. Come fù rimedio della vita, ſe dal ſuo principio cominciò dalla morte della Colpa, e dal peccato? E'dunque manifeſto, che la Vergine Maria non fù concetta in peccato originale.

Così il Pontifice Giovanni, e'l Chiosator Martini, fedele Interprete di questi elogii, che dettati da un Papa vaglion per oracoli ad autenticar la purità illibata della Nostra Signora, alla cui credenza volle Giovanni allettar il Popolo Cristiano, e concedette perciò, come riferisce il medesimo Martini, alcuni giorni d'Indulgenza ad ogni fedele, che divotamente gli recitasse.

P. Joannes Croiset Soc. Jesu in lib. suo sub titulo, lingua Gallica, Exercices de Pietè pour tous les jours de l'Annèe, mois de Decembre, *refert pag.* 219. *quod sequitur:*

Les Souverains Pontifes parlent le langage des Peres. Tous ceux, qui ont gouvernè l'Eglise depuis Sixte IV. exceptè trois, qui n'ayant vècu, qu'un mois dans le Pontificat, n'ont pas eu le temps de faire eclater leur devotion envers l'Immaculée Conception de la tres Sainte Vierge; tous les autres n'ont rien oubliè pour exciter la ferveur des Fideles, en ouvrant les tresors de l'Eglise en faveur de tous ceux, qui honorent d'un culte religieux cette Immaculée Conception.

Le Pape Sixte IV. dans deux Bulles expresses publie un office composé par un Religieux de Verone pour la Fète de l'Immaculée Conception de la Sainte Vierge, dont la fin principale est de declarer, qu'elle à été entierement preservée du peché originel; & le Pape S. Pie V. en 1569. accorda à tout l'Ordre de S. François la permission de dire cet Office. Le Pape Clement VII. avoit dèja publiè dans le même esprit un Breviaire composé par le Cardinal Quignonez, dans le quel outre l'Oraison est un invitatoire de Matines en ces termes: *Celebrons la Conception immaculée de la Vierge Marie; & adorons Jesus Christ nôtre Seigneur, qui l'a preservee.* Outre cela dans les Hymnes que Zacharie Eveque de Gardie composa par l'ordre, & avec l'approbation du Pape Leon X. & de Clement VII. il est dit, que nôtre Dame à eté creée en etat de grace. Alexandre VI. & Adrien VI. ont fort approuvé que quelques Communautez Religieuses fissent profession sous le titre de l'Ordre de la Conception Immaculée de la Sainte Vierge, & les ont honorées de plusieurs privileges singuliers; peu de Papes, qui n'ayent accordé de grandes Indulgences en faveur des Confrairies érigées sous le titre de l'Immaculée Conception, & en faveur de cete Fète. Le celebre Pere Antist de l'Ordre des Freres Prècheurs fait mention d'un Ordre de Religieuses établi en l'honneur de l'Immaculèe Conception de la Reine du Ciel, par l'autorité du Pape Innocence VIII. & confirmé ensuite par Jules II l'an. 1571. le 17. de Septembre. Ce Pape dans la regle qu'il a donnée à ces Religieuses, apres avoir dit au Chapitre premier, que celles qui entrent dans cet Ordre pretendent d'honorer la Conception immaculée de la Mere de Dieu: il dit que d'entrer dans cet Ordre, c'est rendre un service singulier à cette Auguste Reine. Il ordonne ensuite que les Religieuses soient vètuës d'un habit & scapulaire blanc, & d'un manteau de coleur de bleu celeste; & il apporte pour raison de cette ordonnance, que par ce vètement elles font connoitre que l'Ame de la tres Sainte Vierge dés sa creation fut établie d'une façon singuliere le Temple du Fils de Dieu. Le Pape Paul V. défend sous de griéves peines, qu'on ose precher, enseigner, ou ecrire, que la Sainte Vierge ait peché en Adam; Gregoire XV. étend cette défense jusque aux discours particuliers, & conferences. Le Pape Alexandre VII. fit un nouveau Decret de l'Immaculée Conception le 8. Decembre 1661; & dit que c'est une ancienne pieté des Fidéles de croire que la Mere de Dieu à eté preservée de la tache du peché originel, & en solemnisa la fete avec magnificence dans Rome. Nulle Eglise particuliere, qui n'ait à coeur le même culte, & la même devotion, & qui n'en donne tous les ans des marques èclatantes.

Pater Sebastianus de Novaes Societ. Jesu in lib. suo. Lilium inter spinas *notat, ut sequitur:* Quintum Test. Pontifices Max.

Plurimus in hanc causam Summorum Pontificum favor ad illius defensionem plurimum commovet. Addunt natis animos optimè in Deiparæ Conceptum animati Parentes summi. Bona causa est, cui favent Sacrarum Arbitri. suppressis igitur Leone, Gregorio, Innocentio III. & VII. Bonifacio IX. & Alexandro V. quorum testimonia apud Portecnium cap. 3.

Sixtus IV. anno 1476. tertiò Kal. Mart.

cdi-

edidit Extravagant. *Cum praeexcelsa*,in qua fideles omnes ad diem festum Immaculatæ Conceptionis ritè quotannis peragendum adhortatur, & studium, pietatemque erga Immaculatam Deiparam, ubertim gratias elargitus, commendat.

Sixtum excepit Innocentius VIII.quem Sixti Extravagantem adsciviſſe ferunt: sub eo Monialium Ordo à Conceptæ Virginis nomenclatura longè, latèque excrevit, cujus leges, sub Sanctiſſimo Benedicto, ratas esse, æternasque decreto juſſit.

Succeſſit Innocentio Alexander VI.qui præterquamquòd novâ Extravaganti, incipit: *Illius qui se*, Sixti IV. innovaverit Decretum, & transgreſſores gravioribus pœnis coercendos statuerit, ille ipse prædictæ Religioni Immaculatæ Conceptionis ita proſpexit, ut, illo favente, ac fovente, multùm fuerit propagata. Plurima subinde ditavit templa, ac instituit fraternitates in Lusitania præcipuè, & Catalunia, Intaminatæ Conceptionis honorandæ causâ.

Alexandro supervènit Pius III. qui immaturo interceptus fato sui erga Immaculatum Deiparæ Conceptum obstricti animi indicem nobis non potuit relinquere. Reliquit verò, illi succeſſor datus, Julius II. regulam perſcribens Monialibus Conceptionis,quam se confirmaſſe fatetur *in Genitricis Dei Immaculatæ Conceptionis venerationem*; ac vovendi formulæ hæc verba præfixit: *Ego Soror ob amorem, & servitium Domini nostri, & Immaculatæ Conceptionis ejuſdem Genitricis voveo, &c.* Et cap. 3. Animam Beatiſſimæ Virginis vel in primo temporis articulo pronuntiat Sanctam: easdem insuper Moniales Fratrum Minorum regimini subjecit *quia* (verba sunt Pontificis) *prædicti fratres indefeſſò studio, & vigilantià perpetuò extiterint hujus Virginei privilegii defensores.* Reſeravit tandem, Petri clavibus, ditiſſimos Christi sanguinis theſauros Eccleſiæ in eos, qui Icunculas Conceptionis penſiles in pectore geſtarent. Quasi vellet, hanc Immaculatam Deiparæ Conceptionem mortalium pietate, non solùm intus foveri in corde, sed exterius coli in pectore.

Leo X. poſtea creatur, qui eàdem de causâ magnas (sic dicimus) indulgentias fuit elargitus non solùm Fratribus Minoribus,& Monialibus Conceptionis hoc Myſterium (quæ eſt illorum cura maxima) summo proſequentibus animi affectu, sed etiam aliis religioſiſſimorum hominum familiis. Hoc palam habes in ejus Bulla: *Sane Religionis sinceritas.* Idem ejuſdem Conceptionis honorandæ ergo, *Sanctæ Mariæ in Campo sancto* à Leone IV. primò structam, instauravit ædem. Aliis præterea Divorum Templis Alma in Urbe, ipsâ Immaculatæ Conceptioni sacratâ die, jubileo indicto, copioſiſſimè gratias impertitus eſt. Adſcivit hymnos, quos in Conceptionis honorem ſcripſerat Zacharias Præſul Guardienſis.

Et mortuo Leone ſuffectus eſt Adrianus VI. qui anno I. sui aſcenſûs, ſalutis noſtræ 1522. ultimà Julii Pontificio diplomate: *Romanus Pontifex* Regiam aſcivit Confraternitatem Toletanam, in laudem erectam Incontaminatæ Conceptionis,cujus Æconomus ferebatur Carolus V.Imperator. Tanti Principis exemplum ſequuti Regni Proceres ſe ejuſdem Sodalitatis legibus spontè manciparunt: his verò tam feliciter adſtricti paſſim profitebantur, ſe omnia Deo exhibere obſequia, in honorem, ac amorem intaminatæ Deiparæ.

Adrianum ſequutus eſt Clemens VII.qui Pontificiam adhibuit authoritatem Conceptionis officio ab Franciſco Quinonio Cardinali compoſito, apertè, palamque Immaculatæ Conceptionis inculcante ſententiam, ibi: *Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, Christum ejus Præſervatorem adoremus.*

Poſt ſeriatim ſupremam in terris obtinuere dignitatem Paulus III. Julius ſimiliter III. Marcellus II. Paulus IV. qui omnes (ut erant propenſi animi in Immaculatam Virginis Conceptionem) illius ſemel, atque iterum ratam habuere Religionem, multiſque locupletarunt gratiis, ac indultis.

Sub Pio IV. proximo Pauli IV. Succeſſore, abſolutum eſt Tridenti Concilium, cui ſummam inter mortales adhiberi fidem Pontifex præcepit; & (quod inde fit) abnuit ſuæ eſſe mentis Sanctiſſimam Mariam illo de paterno ſcelere Decreto comprehendi. Nec ſibi viſum Satis: Pro Immaculata Conceptione ſolem-

nius peragenda Minorum, ac Conceptionis Ordines, summis auxit gratiarum donis.

Multa, eaque non levia, sui in Deiparæ Conceptum amoris signa expressere, qui sequuntur Pontifices Maximi, alter Pius V. Gregorius XIII. alter. Hoc unum satis, quòd uterque hanc damnaverit Baii propositionem 69. *Nemo præter Christum est absque peccato originali.*

Gregorio XIII. supervenit Sixtus V. qui in Constitutione *Expositum nobis* edita anno 1586. omnibus Christi fidelibus die potissimum Intaminatæ Virginis conceptus destinata solemnitati, Monialium Conceptionis templa invisentibus, plenissimam largitus indulgentiam, omnia liberaliter condonavit scelera. Fovit præterea, commendavitque sodalitia apud Indos erecta, in obsequium Immaculatæ Conceptionis. Alia plura monimenta suæ in hanc sententiam pietatis tam exteris exibuit, quam præclara domesticis reliquit in scriptis vestigia.


Post Sixtum V. vixit Urbanus VII. dies tredecim Post hunc Gregorius XIV. menses decem, in quibus tamen supradicta Monialium sanxit privilegia. Innocentio IX. hujus successori post menses duos vitâ functo, successit Clemens VIII. qui Bullâ datâ Ferrariæ anno 1598. in tradendis puerili choro Christianæ rei elementis omne interdixit compendium, uno excepto, quod in lucem ediderat, ipso approbante Pontifice, Eminentissimus Cardinalis Robertus Bellarminus Societatis Jesu, ubi ad illa verba *Gratia plena* planè exprimitur Sanctissimam Deiparam nullo tum actuali, tum originali peccato infectam extitisse: ita hanc amplexus est sententiam præclarus Pontifex, ut eam vel à primis rudimentis doceri voluerit universos Christi fideles. Curavit deinde, ut anno secundo sui Pontificatus excussis Immaculatæ Conceptionis icones effigerentur, circumscripta epigraphe: *Tota formosa. Refert Uvad. in legat. pag.* 304. In Sedem post Clementem assumptus est Leo XI. vixit dies 27. Post Leonem Paulus V. qui statuam erexit Conceptionis, immortale sui monumentum erga hoc Mysterium; cujus voluit memoriam fieri singulis Saturni diebus, alia celebritate non præpeditis. Fideles omnes ad illud profitendum, concessis liberaliter gratiis, invitavit. Sextinas Constitutiones illi maximè adsaventes, gravissimis supperadditis pœnis fulsit. Laudavit non semel Templum in Tusculano monte constructum, cujus in fronte hæc legitur inscriptio: *Virgini Mariæ sine originali peccato conceptæ sacrum.* Tandem Piæ adversantem sententiam è scholis, & suggestis procul amandavit. Editum decretum 31. Augusti 1617.

Subscripsit ejus successor Gregorius XV. sua Constitutione *Sanctissimus D. N. Mandans* (sic habet Constitutio) *& præcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus hujusmodi à Sede Apostolica definitus, & per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis privatis audeant asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare &c.* Semetipso gratior Deiparæ prædictus Pontifex in Epistola, quam Romæ apud Sanctam Mariam maiorem die 4. Junii 1622. secundo Pontificatus sui rescripsit Hyspaniarum Regi Philippo IV. apud Romanam Sedem de definienda controversia Immaculatæ Conceptionis per Legatos enixè contendenti. Sic ille: *Vix dici potest quanto nos gaudio cumulatint nuperæ literæ Majestatis tuæ de Immaculata Deiparæ Conceptione disserentes. O curam Catholico Rege dignam, & Christi Vicario gratissimam!* Hæc Pontifex.

Tandem Urbanus VIII. tot, tantaque sui erga Immaculatam Dei Genitricis Conceptionem devoti animi exibuit indicia, ut parum absuisse credamus, quin illam fidei dogmatibus insereret. Hoc illi satis ad gloriam, superque nobis ad gaudium, quod scilicet in sui Pontificatus initio Militarem Ordinem sub Immaculatæ Conceptionis nomenclatura denuo erexerit, ea voluptate, ut in hac una creanda se mirificè delectatum fateatur in Bulla, quæ incipit: *Imperscrutabilis*: ibi: *Quamobrem inæstimabili gaudio perfundimur cum Principes viri, vel ad veteres eosdem Ordines amplificandos, vel ad novos authoritate Apostolica instituendos, animos generosè convertunt. Verum præcipuè in Domino oble-*

ctamur,

ctamur, dum institutionem unius militari Religionis sub invocatione Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ meditantur. &c. Plura diplomata, quibus prædictum creavit, & auxit Ordinem, habes in Bullario Romano novissimo *à D. Angelo Maria Cherubino Monacho Casinensi perfecto ac edito tom.* 4. sub Urbano VIII. Haud ergo mirum, quòd tot annos immaculatum se gesserit Pontificem, qui in Deiparæ Immaculata Conceptione tam sanctè jecit sui Pontificatus cæmenta.



CAN-

CANTICUM VI.

QUid magis exoptas? Quid quærere, Musa, laboras
Argumenta tuis obsequiosa sonis?
Siste, & mellifluum concentum Parthenis audi,
Maximus unde patet Virginitatis honor.
O' anima, oh quid agis? Qui viscera nostra beavit,
Ne cesses Dominum magnificare (1) meum
Spiritus exultat (2) MARIÆ quoque; spiritus in se
Non anima est: Corpus si regit, est anima.
Attamen exultet, puro quia rore creatus
Perfecit corpus, Parthenis alma, tuum.

For-

Magnificat anima mea Dominum. *Lucæ cap.* 1.

(1) Magnifica illum à Virgo Beatissima, qui te ab omni peccato super omnes præservavit. Quis enim dicere poterit, sine peccato sum natus; aut mundus sum ab omni iniquitate dicere audebit, nisi tu ò Beatissima Virgo? *D. Aug. Serm. de nat. Virg.*

Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. *Lucæ c.* 1.47.

(2) *P. Segneri in expositione Cant. B. M. V. ad secundum versum, Sermone Italico, ut sequitur:*

La Vergine, quando trattò di magnificare Dio, disse di magnificarlo con l' Anima: *Magnificat Anima mea Dominum.* Quando trattò di havere esultato in Dio, disse d'haver'esultato in lui con lo Spirito: *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* E che? l'Anima, e lo Spirito non son forse tutt'uno? Son tutt'uno quanto alla sustanza, ma non sono tutt'uno quanto a gl'uffizi. L'Anima è Spirito, lo Spirito è Anima, chi non lo sà? Ma Anima è detta l'Anima, quando esercita funzioni, che habbiano connessione col corpo, quali sono vivificarlo, vegetarlo, impiegarlo in azioni proprie di lui. E' detta Spirito, quando prescinde dal corpo, e si considera in sè, come da sè sola: *Unus, & idem Spiritus, & ad se ipsum Spiritus dicitur, & ad corpus Anima*; così piacque a Santo Agostino *super Magnificat.* Ora quando trattò di magnificare Dio, diede al suo Spirito la Vergine nome di Anima, perchè a tale magnificamẽto ella facea concorrere ancora il corpo con tante voci di lode, a cui l'eccitò nel presente Cantico, intonato alle orechie dell'Universo. Quando trattò d'esultare in Dio, diede all'Anima per contrario nome di Spirito, perchè tale esultamento restava in lei, noto solamente a lei stessa, che lo provava; niun'altro il potea divisare, non che comprendere.

Vero è, che il magnificare Dio venne da lei espresso in tempo presente, l'esultare in lui nel passato: *Magnificat anima mea, Exultavit spiritus meus*, perchè dall' esultare profondissimo in Dio, che havea fatto lo Spirito della Vergine nella Incarnazione del Verbo umanato, procedette, che lo Spirito stesso, non pago poi di operare più che come Spirito, prorompesse come Anima ad impiegare la lingua in magnificarlo.

(3)

Fortè ſed arguitur, quod ſeſe eſt faſſa redemptam
Virgo, ſalutarem dum canit eſſe ſuum.
O' quid ais? VERBUM caro factum venit ad omnes,
Ipſa ſed eſt Matris* Virginis illa caro;
Unde quidem vocitare ſuum ſic debuit ipſa,
Nec noſtrum, ut vocitat cætera (3) turba Patrum.
Poſt lapſum Bonitas homines Divina redemit;
Attinet ad MARIAM non tamen iſta ſalus.
Ante (4) etenim *lapſum* jam præſervaverat ipſam,
Cui fuit antidotum, non medicina, ſalus.
Sit medicina aliis, veteri quia vulnere læſi;
Antidotum MARIÆ, ne foret icta lue.
Ecce ſalutaris meus eſt, quem continet alvus,
Ipſa ait, & ſolam me decet iſta ſalus:
Nempe ſalus Matrem exaltans, (5) quaque una ſalute
Gaudet (6) ovans, Natum magnificatque ſuum,
Quamque nequiret adhuc mundo tribuiſſe redempto,
Mundus adhuc ſi non ipſe redemptus erat,
Poſtea ſed pœnis Geniti redimendus acerbis,
Queis etiam Genitrix percutienda foret.
Quomodo paſſuri tormenta in mente repoſta
Materno ex animo lætitiam elicerent?
Prævisæ Geniti venturæ in imagine mortis
Cor exultaret Matris, ut ipſa canit?

Gau-

(3) *Pſal.* 64. 6. *Pſal.* 78. 9. *Pſal.* 94. 1. *Iſai.* 52. 10. *Baruch* 4. 22. *ad Titum* 2. 11. *& alii.*

(4) Maioris gratiæ eſt præſervari à lapſu, quàm poſt lapſum reparare, ut patet in Maria Virgine. *Leonard. de Utino Serm.* 12.

Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: id eſt in Deo Verbo incarnato de illa. In Deo, inquit, ſalutari meo, & non ſalutari noſtro, cum ipſe ſit ſalus, & ſalvator omnium, ſicut alibi dictum eſt in Spiritu Sancto: Jubilemus Deo ſalutari noſtro. Sed in loco iſto loquitur Maria in ſingulari, oſtendens eſſe ipſam ſolam præſervatam, & ſalvam factam eſſe à Deo *ante lapſum*; cæteros verò *poſt lapſum. Fr. Joſeph à S. Benedicto. Explanatio Cantici V.M. Lucæ* 1. *à verſ.* 47.

(5) Ideo ſalus noſtra ſanatio eſt; ſalus autem Mariæ exaltatio eſt; quia videlicet ſupplantata non fuit unquam, ſed exaltata in ſua præſervatione æterna à Deo ipſo incarnato, & nato de illa, ſicut oportuit in ſua dignitate immenſa, & in ſumma æquitate Dei. *Dict. Fr. Joſeph à S. Bened. ibid.*

(6) Exultat Maria, & matrem ſe læta miratur, & de Spiritu Sancto ſe peperiſſe gaudet: nec quia peperit innupta terretur, ſed quia genuerit cum exultatione miratur. *D. Aug. Serm.* 18. *de Sanctis in medio.*

(7)

Gaudia non equidem memoraret, at ipſa futuras
    Pœnas, Nati illas conſiderando ſui.
Vulneribus quamquam noſtris mors iſta medetur,
    Effectus pius eſt, cauſa dolenda tamen.
Ecquis inhumanâ non fleret morte peremptum,
    Mors licet hæc eſſet noſtra futura ſalus?
Qui ſiccis oculis memorat te, Chriſte, dolentem,
    Durius, & clavis, & Cruce pectus habet.
Non dedit illa igitur ſanatio (7) poſtera mundi
    Hæc præſervatæ gaudia Chriſtiparæ.
In numerum tandem ſi non ingreſſa redemptum eſt,
    Contraxit nullum Parthenis ergo ſcelus.
Conceptam implevit quod Gratia cuncta MARIAM,
    Concepti Geniti Gratia ſola probat.
Quid gemitus, quid priſca lues cum Matre ſalutis?
    Hinc abiere imbres (8) ſæva receſſit hyems.
Qui fabricatus Solem eſt, ut depelleret umbras
    Noctis, & Auroræ (9) tunc faber ipſe fuit.
Parthenis Aurora eſt conſurgens (10) candida, ſicut
    Chriſtus Sol, ab ea lucidus exoriens.
Mortales equidem Divina redemptio ſanat;
    Non tamen hac Genitrix vera ſalutis eget.
Divino hanc animam ſi præmunivit amore,
    Unde ſalutaris non erit ille Deus?
Ille Deus placuit cui ſic tam (11) parvula Virgo,
    Fiat ut ex famula Filia, Sponſa, Parens.
Hoc ſpeculum (12) Deus ipſe polo reſpexit ab alto,
    Sol ubi (13) juſtitiæ concipiendus erat;
Juſtitiæ ſpeculum, quo flexa, reflexaque lucet
    Gratia, Divinum prodiit unde jubar.

Fal-

(7) Miſit Verbum ſuum, & ſanavit eos. *Pſal.* 106.

(8) Hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit. *Cant.* 2. 11.

(9) Tu fabricatus es Auroram, & Solem. *Pſal* 73. 16.

(10) Quaſi Aurora conſurgens. *Cant.*

(11) Cum eſſem parvula, placui Altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum, & hominem. *Eccl.*

(12) Speculum Juſtitiæ *Dict. Eccl.* Speculum ſine macula. *Sap.* 7. 26.

(13) Orietur vobis timentibus nomen meum Sol Juſtitiæ *Malach.* 4. 2. Ex te enim ortus eſt Sol Juſtitiæ Chriſtus Deus noſter. *Eccl.*

(14)

Fallitur, orbe notas vitreo qui cernere quærit;
Has sibi, non puro credat inesse vitro.
Fæmina quæque parens, partam dignoscere prolem
Cui datur, exultat, jure (14) vocatque suam.
Ergo suum JESUM cur non vocet optima Virgo,
Qui vix conceptus jam suus est Genitus?
Concepit nam (15) mente prius, quàm corpore: noscens
Venturum, potuit ritè vocare (16) suum.
Jure suum; sibi quod tulerat prius ille salutem,
Nam mundo fieret post, moriendo, salus;

L Jure

(14) *Dict. Segneri prope finem exposit. secundi versus, ut sequitur:*

Finalmente potè francamente la Vergine dirlo suo, perchè era suo vero parto. Ciascuna Madre può senza dubbio dir suo qual sivoglia figliuolo da sè prodotto. Ma qual Madre più di Maria! L'altre Madri danno talmente l'essere a i lor figliuoli, che sono in ciò tenute nondimeno di cedere molto a i Padri. La Vergine non così: mercecchè il Figliuolo suo non hebbe Padre alcuno sopra la Terra, hebbe solo la Madre: e però secondo la carne puo dirsi, che egli tutto fù di Maria. Poi siccome l'altre Madri prima di generare i loro figliuoli non li conoscono, così qualunquè esse formino, si può dire, che il forman quasi a caso. E pure il chiamano suo. Quanto più suo potè dunque dire la Vergine quel Figliuolo, che ella concepì di consiglio? Ciascuno sà l'ambasciate, che sopra ciò furon'a lei recate prima dall'Angelo. E così ella non solamente in virtù di queste conobbe chi fosse quegli a cui consentiva dar l'essere, ma di più lo amò, lo antepose, lo volle solo, qual conchiglia, che aprendo a lui puramente, quasi a rugiada Celeste, il suo casto seno, gli promettea di tenerlo all'incontro chiuso ad ogni altro. E posto ciò non potea ella più d'ogni Madre dir suo, chi per suo più volle? O' quanto dunque venne ad inferire la Vergine quando disse: *Exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo.* Nel dir *Meo* disse il più che potesse ella esprimere di soave: perchè disse ciò che più valeva a mostrare l'amor di lei verso Dio, l'amor di Dio verso lei, e la congiunzion naturale, in cui fondavasi questo vicendevole amore.

Che se quel Dio, il qual'era Dio di salute, tanto era suo; chi può spiegare quanto ella più ne venisse dunque a sortire di qualunque altro? Fu per lei Gesù Salvatore nella più perfetta maniera, che sia possibile: mentre se egli salvò gli altri tutti dal male con liberarneli, dipoi che v'erano incorsi, ne salvò lei per contrario con preservarnela: nè di ciò pago, che non le diè poi di bene! Basti dire che egli non restò mai di ricolmarla di grazia, finchè non vidde, che ne fosse già tutta piena all'ultimo segno, cioè piena in sè, piena per altri, e piena su tutti gli altri: in sè con pienezza di sufficienza; per altri con pienezza di soprabbondanza; e su tutti gli altri con pienezza altresì di sopraeccedenza: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.*

(15) Virgo regia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro gravidanda fætu Divinam, humanamque prolem prius conciperet mente, quàm corpore. *S. Leo Papa Serm. 1. de Nativit. Domini.*

(16) Sanctissima Dei Genitrix Maria congruè Filium suum nominare potest Jesum .... & dicere salvatorem suum, dum iste, cum hæc concepta est, ab originali peccato Servaverit illæsam. Pro humana enim conditione corruisset, nisi Deus illam ruinam pro lege communi imminentem subtraxisset. *Card. Vigerius in Decachor. l. 3. cap. 8.*

(17)

Jure ſuum; proles data ſcilicet Omniparentis
Tota, nec alterius, debuit, eſſe ſua.
Jure ſuum; quoniam prænotum (17) nomen JESU
Indere ei propriæ mentis, & oris erat.
Jure ſuum, certèque ſuum, qui ſcilicet ex ſe,
Viſceribuſque ſuis exoriturus erat.
Unde Redemptorem ſi Parthenis ilia portant
Quid mirare, ſuum proferat ipſa foret?
Jure ſuum, totumque ſuum, quod ſanguine (18) tantum
Carneque virginea factus (19) homo ipſe Deus.
Prævidit MARIAM tunc nonne Propheta canentem,
Gaudia (20) gaudentis cum memoranda dedit?
Prodita virgineo mens ecce prophetica cantu.
Nonne pares ſenſu ſunt utriuſque ſoni?
Ancillam (21) ſed Virgo humilem ſe prædicat: æquè
Corde humilis, (22) mitis Filius inde fuit.

Si

(17) Vocabis nomen ejus Jeſum. *Matth.* 1. 21.

Nomen novum, quod os Domini nominabit. *Iſai.* 62. 2.

(18) Ipſi duo una ſanguis, & una caro. *Richard. Laurentinus de Laud. Virg. lib.* 6.

(19) Dicit autem Apoſtolus: Quia miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere *Bedæ lib.* 4. *cap.* 49 *in Lucæ* 11.

(20) Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. *Iſai. cap.* 61. 10.

(21) Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ. *Lucæ* 1. 47.

(22) *P. Segneri ad tertium verſum Cant. B. M. V. ut ſequitur:*

Da queſte parole con argomento fortiſſimo ſi deduce una conſeguenza, quanto improvviſa, altrettanto retta, ed è che la Vergine fù totalmente libera da ogni macchia anche originale. Conciofiacchè a mirar bene che preteſe ella mai con un tal dire? Non altro al certo, ſe non che fare tanto più campeggiare la beneficenza divina al paragone del demerito proprio. Or ſe ella foſſe ſtata mai peccatrice, tuttochè per tempo breviſſimo, perchè dunque dir ſolo, che non havea ſdegnato Dio di rimirar la viltà di lei? Biſognava dire, chè non havea ſdegnato Dio rimirarne la iniquità. E non ſarebbe riuſcita molto maggiore la confuſion della Vergine in dire *reſpexit iniquitatem Ancillæ ſuæ*, che in dire ſolamente *reſpexit humilitatem*? Mentre dunque ella nol diſſe, ſegno è che ſenza menzogna nol potea dire. Va à ſcorrere per le Vite di tutti i Santi, vedrai che niuno laſciò nelle occaſioni di eſercitare un'atto di umiliazione sì maſchio, sì meritorio, qual'era quello di dichiararſi anche in pubblico Peccatori. E perchè dunque non l'avrebbe uſato la Vergine in una congiuntura sí comoda, quale n'hebbe, ſolo che l'haveſſe potuto uſare ancor' ella con verità? *Juſtus prior accuſator eſt ſui.*

Nè ſtate a oppore, che i Santi facean ciò, perchè erano rei di colpe ancora attuali, quaſi che queſte foſſero quelle ſole di cui accuſavanſi, non foſſe l'originale. Perchè io ti chieggo. Di colpe attuali non era reo parimente il Re Davide al par di molti? E pure a ſua confuſione, niun' altra colpa più chiaramente allegò, che l'originale, cioè l'eſſer ſtato lui conceputo in peccato: *Ecce enim in iniquitatibus*

con-

Si noſſet ſe Virgo ream, ſe faſſa fuiſſet,
Nomen enim ancillæ laus Genitricis erat.
Ac traxiſſe probrum materno è ventre doleret,
Davidis exemplum ſi ſequeretur avi.
Ad Dominum cur ille ſilens ſua crimina, tantum
Conceptum matris crimine ſe doluit?
Debuerat per ſe, & Matrem ſe promere ſontem,
Namque erat: At Virgo non ita debuerat.
Proferat (23) ancillam ſe humilem, namque ortus in ipſa
Solus erat Dominus, quin ſator ipſe ſuus.
Non ſe humilem tantum, ſed Adami labe creatam
Dicere fas, culpâ (24) ni caruiſſet, erat.
Quippe humilis, virgoque inſons fit mater, & optat
Ancillæ Dominus filius eſſe ſuæ.
Numinis ante oculos humilis conſcendit (26) in altum,
Alta ſuperbus avens, pulſus in ima ruit.
Hæc virtus tam chara Deo eſt, ut ſidera (27) linquens
Quæreret ancillæ ſponte ſubeſſe ſuæ.
O' virtus, quæ ſola facis deſcendere Numen!
Virgo, (28) ut Virgo, placet; concipit aſt humilis.

conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea; quaſi che in queſto, come in ſorgente funeſta, ſi conteneſſero, e gl' adulteri, e gli aſſaſſinamenti, e le altre ingiuſtizie ben gravi, di cui laſciò di accuſarſi in particolare. E come dunque potè mancare la Vergine d'immitare eſempio sì bello, datole ſin da un Re ſuo progenitore? Non l'haveva eſſa letto già nel Salterio più d'una volta? non l'amava, non l'approvava? E perchè dunque non parlò in eſecuzione? Non ſi può dire ſe non che a lei non fù permeſſo ciò dalla Verità; ſenza di cui l'umiltà non ſarebbe virtù, ma ſarebbe vizio di tanta deformità, quanta è quella della Bugia.

Diſcite à me, Quia mitis ſum, & humilis corde. *Matth.* 11. 29.

Unde humilis? quia homo natus ex hominibus: Unde excelſus? Quia ex Virgine. *D. Aug. lib.* 1. *de Symb. ad Cathec.*

(23) Quæ vocatur ab Angelo Domina, ipſa ſe cognoſcit, & confitebatur ancillam? *Chriſoſt. Serm.* 142.

(24) Non videri conſentaneum illam, quæ fuiſſet aliquando ſubjecta, & ancilla diaboli, ſimul fuiſſet ſubjecta, & ancilla Domini. *D. Gregor. Nazianz. apud Nieremberg.*

(25) Dei mater ab Angelo dicebatur, & ipſa ſe ancillam Domini fatebatur. *S. Petr. Dam. Serm. ult. de Nativit Virg.*

(26) Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. *Eccl.* 3. 20.

Qui ſe humiliat, exaltabitur. *Luca* 18. 14.

(27) Humilitas Mariæ Regem Cœlorum attraxit ad terram. *Riccard. à S. Laurent.*

(28) Virginitate placuit, humilitate concepit. *D. Auguſt.*

(29)

Grata quidem virtus, oculos quæ (29) Numinis ad ſe
Attrahit, aut Cœlo, ſive ſit illa ſolo.
Virtus, quæ potuit terram conjungere Cœlo;
Non aliter ſummis jungier ima queunt:
Reginamque poli fecit, terræque (30) Mariam,
Quam Dominus famulam noverat ante ſuam.
Hoc Genito exemplum Genitrix tribuiſſe videtur,
Nam prior illa humilis, Filius inde fuit.
Hac laudes ratione ſibi canit (31) ipſa futuras,
Et dandas meritis tempus in omne ſuis.
Me Matrem Domini dicent hinc ecce Beatam
Quodcunque (32) eſt terris, vel ſuper aſtra genus.
Sed ratio eſt dupplex: Materna electio prima eſt,
Altera quod tanti digna decoris erat.

Gra-

(29) Et humilia reſpicit in Cœlo, & in terra. *Pſal.* 112. 6.

Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam ſe dicit Domini, quæ Mater eligitur: nec repentino exaltata promiſſo eſt. *D. Ambroſ. lib.* 2. *in Lucam Hom. ſuper Miſſus.*

(30) Meritò facta eſt noviſſima prima, quæ cum prima eſſet omnium, ſeſe noviſſimam faciebat. *S. Bernard. Serm. in ſign. magn.*

(31) Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. *Lucæ* 1. 48.

(32) Et ob hanc rem prædicabunt eam Beatam omnes generationes: generatio ſcilicet Divina, Angelica, & humana. *Fr. Joſeph à S. Bened.*

(33) *P. Segneri ad quartum verſum Cant. B. M. V. ut ſequitur:*

Che fú ciò, che alla Vergine doveva far dare il titolo di Beata dall'Univerſo? Fù la doppia ſorte della quale ſi favellò nella precedente Meditazione: cioè la ſorte d'eſſere eletta alla dignità di Madre di Dio, e la ſorte di corriſpondere degnamente a tale elezione. La prima fù certamente una ſorte eccelſa: ma non minore fù però la ſeconda: mentre, ſe la prima fù grazia, la ſeconda fù grazia inſieme, e fù merito. la Vergine non meritò condegnamente la dignità di Madre di Dio; perciocchè queſta, quando foſſe ancora poſſibile a meritarſi (ſuppoſto il decreto almen dell'Incarnazione) non era entrata nel numero delle coſe da Dio propoſte alle creature in lor premio. Ma è certo al pari. che condegnamente la Vergine corriſpoſe a tal dignità. Che ſe vuoi ſapere in che conſiſteſſe una tale corriſpondenza, eccotelo quì detto in breve. Conſiſtè in diſporſi a divenire Madre di Dio, prima ch'Ella foſſe: e conſiſtè in diportarſi da degna Madre di Dio, dapoi che ella fù.

E quanto al primo, diſſe di lei Santo Ambrogio, che *digna fuit, ex qua Filius Dei naſceretur.* E ſimile fu il linguaggio degli altri Santi. Ma come ſarebbeſi potuto dir ciò da loro con verità, ſe foſſero in lei mancate le diſpoſizioni dovute a così gran parto? Sò, che Dio prevenne l'anima della Vergine con ſoccorſi di grazia proporzionata, mentre a far, che la Terra dia parti d'Oro, non baſta, che il Sole la penetri niente più, che quando ella habbia a dare giunchiglie, o gigli. Ma queſta grazia tanto proporzionata non fu dalla Vergine già ricevuta in vano: anzi fù da lei trafficata dal primo iſtante della ſua Concezione con tanto cumulo, che quando poi giunſe l'ora d'accogliere nelle viſcere il Verbo Eterno, il

Ver-

Gratia conceptum prævenit; at insuper inde
Virgineis meritis condecorata fuit.
Parthenis ante adeò se dignam fecit, ad alvum
Ut Deus absque mora Venerit impatiens
Visa humilis (34) placuit, citius sed visa fidelis (35)
Traxit ad assensum Numen ab axe suum.
Si meruit perfecta Deum submissio pronum,
Sollicitum meruit prodigiosa fides.

Hac

Verbo Eterno si mostrò quasi impaziente di quel consenso, che sopra ciò volle da lei prima ricevere in modi espressi: nè prima udillo, che egli fu quivi immantinente a posarsi, non dirò con diletto, ma con delizia: *Dilectus meus descendit in hortum suum.* E quindi fù parere de' Padri, che in quelle parole, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*, facesse la Vergine un'atto di fede sì prodigioso per quello, che essa allor credè di sovrano, per la fermezza con la quale il credette, e per gl'ostacoli, i quali ancor vinse a crederlo, che ella ponesse con ciò l'ultima disposizione bastevole a sì gran forma, quale fù render Figliuolo suo naturale quello, che fin'allora era solo Figliuol di Dio: *Singulari fide subnixa Dei Filium suum fecit.* Così disse Santo Agostino.

Quanto al portarsi poi da degna Madre di Dio dappoi ch'ella fù (ch'era l'altro fonte della sua predicabil Beatitudine) basti questo: ch'Ella con ciò, che fece in servizio del suo Figliuolo, si meritò l'impareggiabile titolo di Compagna di Esso alla Redenzione: *Socia Redemptionis* Dissi di Compagna; perchè già si sà, che alla Redenzione del Mondo non potè concorrere ella immediatamente, richiedendosi a tale effetto un capitale troppo soprabbondante, cioè infinito: ma vi concorse almeno mediatamente; cioè con dare al suo benedetto Figliuolo il consentimento a così grand'opera di morire in Croce per noi. E' manifesto, che senza il consenso espresso di lei non volle il Verbo pigliar Carne mortale, come fu accennato pur'anzi; quanto più dunque è probabile, che nè anche senza il consenso espresso di lei volesse andare ad esporla sopra un patibolo a morte sì ignominiosa fra due ladroni? Quindi è, che di bocca propria ella potè dire alla sua dilettissima Santa Brigida queste precise parole: *Ego & Filius meus redemimus mundum quasi uno corde.* Nè per altra ragione stette ella sempre sì fedele, sì forte a piè della Croce, che per compire fin'all'ultimo quell'offerta, che ella facea di sì cara prole a salute dell'Universo.

Beata dunque fu senza dubbio la Vergine per la dignità così eccelsa, che ella sortì di Madre di Dio; ma non meno beata per la corrispondenza a tal dignità. La prima Beatitudine habbe per suo principio il decreto elettivo, che di lei fece il gran Padre a tanta grandezza; la seconda l'esecutivo. E con ciò si concordano le ragioni diverse, a cui la beatitudine della Vergine venne ascritta in un'ora stessa: mentre là dove fu dalla Vergine ascritta al guardo amorevole posto da Dio sopra lei, quando ancora era povera d'ogni bene: *Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*; da Elisabetta sua Cugina fu ascritta alla fede eminente da lei prestata alle promesse dell'Angelo messaggiere: *Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ tibi sunt dicta à Domino.* Elisabetta rimirò nel suo dire alla cagion secondaria di tanta beatitudine, la Vergine alla primaria.

(34) Ex sanctitate compacta caro digna erat, ut Deitati Unigeniti uniretur. *D. Basil. Magn.*

(35) O' felix obedientia, ò insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, Cœli in se opificem corporavit. *D. Aug. Serm. 18. de Sanctis in med.*

(36)

Hac rarâ ſubnixa fide, qui Numine tantum
Natus erat, natum fecit & illa ſuum.
Poſt Salvatoris partum ſe poſtea geſſit,
Ut comes in tanto munere digna foret.
Sed ſortem non ſola tuam tu, Virgo, Beatam
Præcinis, ac plauſus, quos tibi ſæcla dabunt
Vivebas, quando te dixerat illa Beatam
Fæmina, (36) quæ populi forma fidelis erat.
Nonne a Virginibus (37) fueras prævifa Sionis,
Atque ante exortum dicta Beata tuum?
Sors tua, clamabant, felix ſuper extitit omnes
Eloquio antiquos reſpiciente dies.
Quid notat hoc, niſi te ſolam ſine labe creatam,
Electam Matrem Numinis, ante dies?
Hæc tibi ſunt igitur præconia tempus in omne;
Præteritum, præſens, poſteriuſque ſequens.
Virgo, quod eveniet, præſciverat, unde (38) Beatam
Se cecinit, Genitrix utpote digna Dei.
Debuerat ſola ipſa ſuos præſcire triumphos,
Emula (39) quos Cœli terra datura foret.
Magna (40) Potens mihi fecit, ait; ſed dixerat ante,
Quod pariter magnum (41) fecerat ipſa Deum.
Dum tua ſe famulam Genitrix, ò Chriſte, fatetur,
Tu facis hanc magnam, quod tibi magnus honor.
Ex famula in Dominam ſors immutata MARIÆ;
Te magnum unde (42) ſuis laudibus ipſa facit.

Cum

(36) Beatus venter, qui te portavit *Lucæ cap.* 11.

Extollamus vocem cum Eccleſia Catholica, cujus hæc mulier typum geſſit, dicamuſque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit. *Beda l.4. cap.49. In Lucæ* 11.

(37) Viderunt eam Filiæ, & Beatiſſimam prædicaverunt. *Cant. 6. 8.*

Qua nequeat maior intelligi ſub Deo. *S. Anſelm. de Excel. Virg.*

Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 3. 29.

(38) Hinc promeruit gloriam, quam ipſa poſtmodum auxit. Ecce, ait, ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. *D. Auguſt. Serm. de Sanctis in medio.*

(39) Quod quidem ita accipiendum eſt, ut ſuccedentes generationes non modo acceptas à prioribus laudes Virginis celebrarent, ſed etiam illas novis acceſſionibus augerent, & cumularent. *Gerſon in append. Serm. de Concept.*

(40) Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Lucæ* 1. 49.

(41) Magnificat anima mea Dominum. *Idem* 1.

(42) Magnificabo eum in laude. *Pſ.* 68. 31.

Lauda Mater eum, qui talem te fecit, ut ipſe fieret ex te. *S. Hieron. Tom. 9. Serm. de Aſſumpt.*

(43)

Cum ſis per te ipſum ſine fine, & limite (43) magnus,
Tollit adhuc nomen (44) Virgo beata tuum.
Virgo in ſe novit Conceptum, ſe quoque noſcit;
Jungere ſic animos notio tanta valet.
Quiſque ſuo ſenſu, fit magnus uterque viciſſim;
Ut natura (45) eadem, ſic agit unus amor.
Tanta creaturas cur non excelleret omnes
Virgo, Creatori (46) tam bene juncta ſuo?
Indica baccà velut conchæ ſe jungit in unum,
Edita in anguſto roris ab imbre ſinu.
Cum fætu ſic juncta ſuo manet inclyta Virgo,
Ros ubi Divini Flaminis egit opus.
Omnia qui poterat, fecit mihi magna; ſuumque
Nomen (47) tam ſanctum, quam (48) ſuper omne potens.
Quod Deus hoc poterat, quod fecerat, ipſa fatetur:
Qua ratione tamen, ni quia debuerat?
Eſſe Patrem, Sponſum, Genitumque ut convenit uni
Filia, Sponſa, Parens par ſic, & una decet. (49)
Quan-

(43) Magnitudinis ejus non eſt finis. *Pſal.* 144. 3.

(44) Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum. *Pſal.* 33. 4.

(45) Sicut dicitur Filius eſſe apud Patrem, & Verbum erat apud Deum, propter identitatem naturæ; ſic etiam Maria dici poteſt, eſſe apud Filium, propter identitatem naturæ, in qua unum eſt. *Albert. Magn. in Mariali cap.*236.

(46) Certè ſemper fuit, & ſemper eſt, & ſemper erit Dominus cum Virgine *D. Seraphic.*

(47) Et Sanctum nomen ejus *Lucæ ut ſupra* 1. 49.

(48) Omnipotens nomen ejus. *Exod.* 15. 2. 3.

(49) Congruum fuit, ut illa, quæ placuit Altiſſimo adeò, ut fieret Sponſa, & Mater Filii Dei Unigeniti ſic eſſet immaculata mente, ſicut intemerata carne. *D. Seraphic. in* 4. *diſt.* 3. *art.* 3. *q.* 1.

Et idem aſſerit *D. Bernardinus de Sena Tom.* 2. *Serm.* 51. *cap.* 3.

P. Segneri ad quintum verſum Cant. B. M. V. ut ſequitur:

Ora quella ſommità di magnificenza, che Dio dimoſtrò con Chriſto, fa tu ragione, che dimoſtraſſe a proporzion con la Vergine: perchè ſiccome non potea egli fare, che Chriſto foſſe maggiore in genere di Figliuolo; così non poteva fare, che Maria foſſe maggiore in genere di Madre. Chriſto fu il ſommo in genere di Figliuolo, perchè fu Figliuolo naturale di Dio: e Maria fu la ſomma in genere di Madre, perchè fu Madre naturale di Dio. E poſto ciò, non pare a te, che poteſſe ella dire con verità: *Fecit mihi magna qui potens eſt*! Si moſtrò Iddio con la Vergine non ſol Giuſto, non ſolo Liberale, ma ancora così Magnifico, che arrivò a coſtituirla in quell'Ordine ſteſſo, dov'era quello, Ordine, ſopra cui non trovavaſi dove alzarla. Penſando dunque a Maria, non ti diviſare giammai di penſare ad una Creatura ſimile all'altre: Perchè, quantunque ella ſia pura Creatura, è da ſe ſola maggiore in eccellenza, che l'altre congiunte inſieme; onde è che all'altre *dedit* benſì *magna qui potens eſt*, ma alla Vergine *fecit magna*; perchè a coſtituire tal Madre biſognò fare un'ordine al tutto nuo-

Quanta ſit at MARIÆ perfectio, nonne reſervat
    Hoc Deus ipſe ſibi, ſolus ut ille ſciat?
Ergo decens fuit ipſa Parens: Et quomodo, primo
    Jam niſi ab inſtanti rore repleta Dei?
Sic fuit, (50) idque probat, qui Cœlo Nuntius alto,
    Detulit illud Ave tempore quòque carens.
Si ſpatii præſentis Ave eſt, præſens tamen omne
    Significat; dictum ſit quaſi, ſemper Ave.
Quippe hodie mentis Divinæ eſt, utpote ſemper;
    Sic data, ab æterno gratia lata venit.
Fert Paranimphus (51) Ave, Divino, & rore ſalutat
    Plenam: Virgo tremens manſit & obſtupuit.
Candida Parthenio, ſuffundens ora rubore
    Lilia purpureis miſcuit alba roſis.

Quæ-

nuovo (impercettibile ſino alle menti degli Angeli) quale fu quel dell'Incarnazione: *Ecce ego facio nova, & nunc orientur.* Tanto che, come ben vedi, a gli Angeli non era ſtata mai percettibile una tal Madre. *Tanta eſt perfectio Virginis, ut ſoli Deo cognoſcenda reſervetur*, diſſe S. Bernardino. *Serm.* 50.

Già fu conſiderato di ſopra, come a due capi riduconſi le grandezze sì prodigioſe di Maria Vergine. All'eſſer lei ſtata eletta alla dignità di Madre di Dio; e all'haver lei corriſpoſto poi degnamente a tal'elezione. L'elezione ſi debbe tutta al decreto predeſtinativo, che fece Iddio della Vergine a tale ſtato: la corriſpondenza all'eſecutivo. Però in ordine al predeſtinativo diſſe la Vergine *Fecit mihi magna qui Potens eſt*, e in ordine all'eſecutivo, *Fecit mihi magna, qui Sanctus eſt.*

La Vergine potea dire, che Dio non ſolo haveſſe fatte a lei coſe grandi in prò del Genere umano, ma che le haveſſe fatte per mezzo di Lei medeſima, mentre al miſtero della Incarnazione Ella haveva concorſo tanto eminentemente, quanto ſi è per noi dichiarato. Contuttociò troppo ella era nemica d'ogni ſuo vanto. Però in vece di dire *quia fecit per me magna qui potens eſt*, volle dire più toſto *quia fecit mihi*: rammemorando più volentieri quello, che ella havea ricevuto da Dio, che quello, che gli havea dato in veſtirlo di umana carne.

Vero è, che Ella anche, moſſa dallo Spirito Santo, parlò così, affine che s'intendeſſe, come il miſtero dell'Incarnazione, per altro tanto ineffabile, non era ſtato ſolamente operato per mezzo di lei medeſima, ma operato di modo ancor più ſpeciale in grazia di lei. Giuſtamente dunque diſſe in prima la Vergine *fecit mihi*, perchè dal Verbo non fu ella una Madre ſortita a caſo, ma eletta fra mille, e mille, che egli havrebbe egualmente potuto eleggere, e non curò. Noi non poſſiamo eleggerci quella Madre, che noi vorremmo. Il Verbo ſe la potè pienamente eleggere, e ſe la eleſſe. E poſto ciò non potea dire la Vergine *fecit mihi*, mentre l'onore di divenire in Terra Madre di Dio, fù fatta a lei non ad altro titolo, che a titolo di ſpeciale benevolenza alla ſua perſona?

(50) Ave gratia plena. *Luca* 1. 28.

Cum dixit, Ave, ſalutationem cœleſtem exhibuit. *S. Fulgent. Serm. de Laud. Maria*, & *D. Auguſt.*

(51) Miſſus eſt ſervus incorporeus ad Virginem inviolatam: miſſus eſt à peccato liber ad corruptionis, ſeu labis immunem. *S. Petr. Chriſol. Ser. de Annunt.*

Ave Sancta, Sancta, Sancta: cum qua Dominus fuit, eſt, & erit. O' Ave Sancta, quæ fuit, quæ eſt, & quæ futura eſt. *Caſtillo. Alphab. Marian.* §. 115.

Quærere, Virgo, rosas, & lilia desine, si tu,
Flos (52) ubi Divinus surgat; es almus (53) ager.
Ne dubites: Quid, Diva, times? (54) Dic illicò, Fiat.
Nil tibi grande magis, quam tulit istud Ave.
Nam Dominus, qui misit Ave, te (55) sustulit à væ.
Est, & erit (56) tecum, semper ut ipse fuit.
Est Dominus, Deus est; Genitum mittitque coævum,
Te dante (57) ut carnem fiat & ipse tuus.
Numinis imperio te jam sed credula subdis;
Integra Virgo manens, annuis (58) esse Parens.
Spiritus (59) æternus mox, Diva, supervenit in te:
Nonne superveniens venerat (60) ante tibi?
Venerat, ut Matris foret & Conceptio pura
Filius unde Deus concipiendus erat.
Magna (61) ait: at si forte cupis, sint qualia, scire,
Siste. Dei Matrem cernere nonne satis?

M Nil

(52) Ego flos campi, & lilium convallium. *Cant.* 2. 1.

(53) In hoc agro diabolus nunquam potuit aliquod malum seminare, neque actuale, neque originale *Cant.* 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Hugus de Campo Florido Serm.* 24. *qui est de Domin.* 5. *post Epiph.*

(54) Ne timeas, Maria. *Luca* 1. 30.

(55) Ave, hoc est, absque væ culpæ originalis. *August.* & *Ægidius.*

Ideo dicitur ei: Ave: ab A, quod est sine, & væ, quod est culpa. *D. Antonin. in Serm.* 2. *tom. Bibl. Virg.*

Ave sonat sine væ, id est sine labe; & per consequens B. Virgo fuit sine væ originalis culpæ. *Joan. Vidal. in Defens. B. V. lib.* 4. *cap.* 5.

Dominus tecum, quia ille in te est, qui talem fecit te, ut ipse fieret ex te. *S. Petr. Damian.* & *D. August. nomine Angeli:* Dominus tecum plusquàm mecum.

(56) Dominus tecum. *Luca* 1. 28.

Dominus tecum. *Interpretatur D. Ambrosius*: Et erat semper.

(57) Noluit Deus carnem sumere ex ipsa, nisi dante ipsa. *Guerrico in Cant.*

(58) Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. *Luca* 1. 38.

Quomodo Maria dicere posset: Ecce ancilla Domini, si aliquando diaboli fuisset ancilla? *Lanspergius Tom.* 3. *Conc.* 2. *de Concept. B. V.*

(59) Spiritus Sanctus superveniet in te. *Luca* 1. 35.

(60) Bene dixit superveniet, quia prius venerat Spiritus Sanctus super Virginem, adhuc in sua Conceptione, eam ab originali præservando. *Nicol. de Lira.*

Non dixit Angelus: Veniet; sed Superveniet; eò quia Spiritus Sanctus jam venerat supra Virginem in purissima, & immaculata ejus Conceptione. Vargas. *Serm. de Incarnat.*

Invenisti, Virgo Maria, gratiam cœlestem, quia fuerunt in te ab originali labe præservatio Angelica Salutatio, Spiritus Sancti superventio, Filii Dei Conceptio. Sed qualiter, ò felicissima Virgo Maria, istas gratias invenisti? Certè ò superbenedicta, sicut Heva gratiam amisit per superbiam, sic tu è contrario gratiam invenisti, quam nunquam amisisti. *Idiota lib. de Conc. cap.* 2. & 6.

(61) Fecit mihi magna, qui potens est: quia primum fecit eam ab originali peccato præservari. *Card. Hugo.*

Fecit mihi magna, qui potens est, scilicet,

Nil maius. Quid maius erit, quàm gignere Numen?
Menſa per hoc magnum cætera magna ſcies.
Non Deus es tu, Virgo, Deum ſed gignere digna:
Quis non te ſimilem crederet ergo Deo?
Quid ſequitur, niſi te Matrem ſimul atque puellam
Credere, & Adami te caruiſſe notis?
Quæ poterant maiora dari tibi, ſi Deus ipſe
Eſt tuus, (62) & merces ſit tua magna nimis?
Hæc ſunt magna, canit quæ Diva Puerpera. Cauſa (63)
Quid mirum effectus provehat inde ſuos?
Conceptus Chriſti, MARIÆ & Conceptio, cœli
Effectus duo ſunt, quos ſimul ire decet.
Ipſa unum abſque alio producere cauſa nequiret;
Venturum, & natum ſpectat uterque Deum.
Ecquis non ideo dicet, quod utrumque figurat
Non uſtus Moyſis (64) vividus ille rubus?
Qualiter illæſus rubus ipſe remanſit ab igne,
Sic ab origineo Parthenis (65) alma foco.
Sic ſua virginitas, tanquam rubus, extitit. O' res
Mirandæ, ò duplicis proſperitatis Ave!
Montibus hinc Virgo mons (66) omnibus altior ille eſt,
Qui mente attonitâ Vatis, ad aſtra ſubit.

Ne-

licet, puritatem mihi ſuper omnes puras Creaturas tribuendo. *Buſtos Serm.* 5. *de Concept.*

Spiritus Sanctus ſibi ipſam in Sponſam delegerat, Sapientia in Matrem, in ſuam Interventricem mundus, Angeli in Dominam, & Æternus Pater in Filiam. *D. Laur. Juſtin. Serm. de Purificat.*

(62) Ego .... tuus ſum, & merces tua magna nimis *Geneſ.* 15. 1.

(63) De qua natus eſt Jeſus: Mariæ ſiquidem maternitas, ut ita dicam, Conceptionis illius comes fuit, & adminiſtra. *Salmeron tom.* 3. *in Euang. tract.* 30.

Gratia enim tunc naturam præpropere antevertit, ut digna Filii Dei mater conciperetur. Ergo infinita dignitas, & gratia Divinæ maternitatis, velut comes, & adminiſtra adeſt Immaculatæ Virg. Deiparæ Conceptioni. *Celada in tract. de Eſther figurat. cap.* 11. §. 343.

(64) Videbat Moyſes, quod rubus ardebat, & non combureretur. *Exod.* 3.

(65) Hæc eſt itaque rubus ille Moyſis, qui ardebat, & non conſumebatur; ardebat hæc non more reliquorum ab Adamo deſcendentium ex ſemine virili, & ardore concupiſcentiæ concepta; verùm incombuſta, ac à communi originalis peccati incendio remanſit illæſa. *S. Lud. Beltran. Serm. de Concept. Mariæ pars* 4.

(66) Hujus enim montis præcellentiſſimam dignitatem Iſaias vaticinans, ait: Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia latitudo Mariæ ſupra omnes Sanctos refulſit. *De expoſit. S. Gregor. Papæ in* 1. *Regum.* 1.

(67)

Nemo insons (67) est ante Deum; tamen illa Beatam (68)
Se canit, & Cœlum laudat, adorat humus.
Omnes se memorent (69) fontes; exultat (70) at ipsa;
Nam Deus est (71) plenus Virgine, Virgo Deo.
Post vitæ gemitus aliis si gaudia Cœli,
Non ita sed MARIÆ, Terra fit ipsa polus.
Quid magis at cecinit? Populi sua jussa timentis
Quod miseretur (72) amans tempus in omne Deus.
Sic agit, ut Pater in Genitos, se nempe timentes;
Quisquis enim verò est captus amore, timet.
Quam Domini magna est miseratio! Venit ad omnes,
Est sua sed proles, qui sua jussa timent;

M ii Jussa

(67) Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. *Ad Roman.* 3. 23. Vel gratia Dei, *exponit Hamel.*

(68) Quis immensitatem Mariæ dimensus est, nisi ipse solus, qui ipsam non solum in gratia, & in gloria, sed etiam in misericordia tam altissimam, & tam profundam operatus est? *D. Bonaven. in spec. cap.* 5.

(69) Excepta Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccato agitur, haberi volo quæstionem. *D. August.*

Inde enim scimus, quod ei tantò plus gratiæ collatum fuit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quia concipere, & parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. *Idem August.*

(70) Dignam donationem super cæteros omnes Sanctos illa dicitur habere, per quam omnes Sancti sanctificantur. *D. Anselm. Homil.* 1.

(71) Neque enim aut partus alius Virginem, aut Deum decuit partus alter. *D. Bernard.*

Quid, si addatur ad posse Dei, quod hoc ipsum decuit dare Matri suæ. *Gerson sup. Magnif. Alph.* 88. *lib.* 2.

Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.
Lucæ 1. 50.

(72) *P. Segneri ad sextum versum Cant. B. M. V. ut sequitur:*

La Vergine non fù contenta di dire *Misericordia ejus à progenie in progenies*, ma vi aggiunse *timentibus eum*, affine di farvi intendere, che il benefizio non dassi a chi non lo cura. Che vuol dire *timentibus eum?* Vuol dire *colentibus*, vuol dire *adorantibus*, vuol dire *amantibus*, vuol dire *reverentibus eum*. Ogni cagione universale ha questo di solennissimo, che non produce verun'effetto da sè, vuol'essere applicata dalla particolare al bisogno proprio. E così tu vedi, che il Sole quantunque habbia calor possente ad incendere fin le Selve, non però ne incende veruna da se medesimo. Vi vuole a mandarle in fiamme lo specchio concavo, che lo porti in esse a percuoterle di riflesso. L'Incarnazione è cagion vera, ed unica di salute a tutto il Genere umano, non ve ne ha dubbio: ma cagione universalissima. Chi per tanto non l'applica al suo bisogno, che può ritrarne? Niun bene affatto. E quegli l'applica, che con viva fede ammirandone il benefizio, se lo fa suo con quegli atti, che sono proporzionati al bramato fine. Tu non ti dare a credere, che la misericordia usata con tanti a te sia di prò, se nulla vorrai fare dalla banda tua per entrarne a parte: perchè *Misericordia ejus è à progenie in progenies*, quanto alla sufficienza; ma *timentibus eum*, quanto all' efficacia.

Quomodo miseretur Pater Filiorum, misertus est Dominus timentibus se. *Psal.* 102. 13.

(73)

Juſſa inquam ſtantes fida qui mente ſequuntur,
Quique ardente pii cordis amore colunt.
Sintque novi, aut veteres: æqualiter (73) excipit omnes
Factus homo, & ſecum crimina noſtra ferens.
Conteret (74) àt cingens Divino robore dextram
Pectora (75) conſiliis fiſa ſuperba ſuis.
Exaltans humiles, (76) jaciet de ſede potentes,
Ut ſit inops dives, nec niſi, dives inops.
Denique veridicis quod juxta afflata Prophetis
Sit Deus Abramidum ſanguine factus homo.
Virgo loquebatur: Domini ſed ſpiritus illi
Injicerat mentis lumina clara ſuæ.
Nos equidem Divina latent myſteria, (77) ſummæ
Conſilium mentis nec penetrare licet.
Flante Deo docuere ſacri ſed plurima vates;
Sic cecinit Virgo facta (78) futura loquens.

Quis

Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. *Pſal.* 129. 7.

(73) Redimit nos Chriſtus, non auro, ſed ſanguine ſuo: non paucos homines, ſed univerſum mundum: non ad paucos annos, ſed pro tota æternitate: nec ad exiguum emolumentum, ſed ad immenſum gloriæ pondus. *D. Hieronymus, ut ex Tirino ad Textum.*

(74) Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Lucæ* 1. 51.

(75) Sic exponit Tirinus.
Sic exponit du Hamel.

Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles. *Lucæ* 1. 52.

Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes. *Idem* 53.

(76) Suſcepit Iſrael puerum ſuum ... Sicut locutus eſt ad Patres noſtros; Abraham, & ſemini ejus. *Idem* 54. 55.

(77) Latent quidem Divina myſteria, nec facile juxta propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium Dei. *D. Ambroſ. lib. 2. in Lucam ad Miſſus eſt.*

Dei enim conſilium humana vota non capiunt, nec quiſquam interiorum poteſt eſſe particeps Chriſti. *Idem Ambr. lib. 5. Comment. in Luca cap. 6.*

(78) Acceſſi, inquit, ad Propheтiſſam, & in utero accepit, & peperit filium. Quod Maria Prophetiſſa fuerit, ad quam proximè acceſſit Iſaias per prænotionem ſpiritus, nemo contradicit, qui ſit memor Verborum Mariæ, quæ prophetico afflata ſpiritu elocuta eſt. Quid enim ait? Magnificat anima mea Dominum: & exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod ſi animum accomodaveris univerſis ejus verbis; non utique per diffidium negaveris eam fuiſſe Prophetiſſam, quod Domini Spiritus eam ſupervenerit, & virtus Altiſſimi obumbraverit ei. *S. Baſil. Epiſc. de expoſitione in Iſaiam in cap. 8. poſt init.*

(79)

Quis non hæc eadem Samuelis matris ab ore
Vocibus expreſſis dicta fuiſſe putet?
Ad Dominum tunc ipſa canens memoraſſe (79) videtur,
Quæ nunc de Fætu Parthenis alma ſuo.
Planxerat Eva dolens; cecinit gaudendo MARIA
Excluſit (80) planctum cantus, & Orbis ovat.
Quis ſapiens (81) cuſtos erit, atque intelliget illa?
Sed pia geſta Dei prædocet (82) una Fides.
Una Fides in te (83) perfecerat omnia, Virgo
Quæ tibi Cœleſtis Nuncius expoſuit.
Hæc majeſtatem Matris dedit Omniparentis;
Regina hinc Sanctis omnibus una præis.
Ut tua, non ſimilis viſa eſt, nunquamque videnda
Inconcuſſa Fides, intemerata Fides.
Parthenis exemplum eſt Fidei; nec tanta (84) prioris
Inter mortales poſtea viſa fuit.
Divinum ah quoties (85) Joannes noverat Agnum,
Quem digito oſtenſum fecerat ipſe ſuo!
Noverat aſpergens (86) illum baptiſmatis undâ
Delapſa ætherei voce repentè Patris.

At

(79) Recedant vetera de ore veſtro Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. Repleti prius pro panibus ſe locaverunt, & famelici ſaturati ſunt. Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & ſublevat. *Regum* 1. *Cant. Anna cap.* 2. *verſ.* 3. 4. 5. 7.

(80) Hevæ planctum Mariæ cantus excluſit. *D. Auguſt. Serm.* 10. *de Sanct. qui eſt ſecund. de Annunt.*

(81) Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelliget miſericordias Domini? *Pſal.* 106.

(82) Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula Verbo Dei. *Ad Habr. cap.* 11. 3.

(83) Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Lucæ cap.* 1. 45.

(84) Non ſurrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptiſta. *Matth.* 11. 11.

(85) Alterâ die vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. *Joan.* 1. 29.

Ego vidi, & teſtimonium perhibui; quia hic eſt Filius Dei.

Alterâ die iterum ſtabat Joannes, & ex diſcipulis ejus duo. Et reſpiciens Jeſum ambulantem dicit: Ecce Agnus Dei. *Idem Joan. cap.* 1. 34. 35. & 36.

(86) Tunc venit Jeſus à Galilea in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Jeſus, dixit ei: ſine modo..... Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Matth. cap.* 3. 13. *uſque ad* 17.

Antequam veniret Dominus, ut baptizaretur à Joanne in Jordane, noverat eum illis vocibus, ubi ait: Tu ad me venis baptizari? Ego à te debeo baptizari. *D. Auguſt. Tract.* 9. *in Joann. ante medium.*

(87)

At vetus agnitio fuerat, nam ventre reclusum
Noverat & Christum ventre (87) reclusus adhuc.
Denique sed (88) quærens, Christus si erat ipse, videtur
De prius immotâ nunc dubitare fide.
Attamen una fuit credens immota MARIA;
Hinc meruit tanto munere sola frui.
Altera nec ratio est, rea quam conceptio culpæ
Zaccaridæ Pueri, puraque Christiparæ.
Gratia cœlestis, quæ præservaverat ipsam
A' culpâ, turrim fecerat & Fidei.
Non aliis equidem, qui in Adam cecidere nocentes
Mortales miseri, vis data tanta fuit.
Bethlemias almo ingressu Gabrielis in ædes
Sola erat, orabat Parthenis, & stupuit,
Utpote tota Deo (oh Pietas!) devota puella,
Dona pudicitiæ quæ tuitura suæ est.
Quis rubor ore, & mente stupor! Sed corde fideli,
Dum Paranymphus eam cernuus alloquitur.
Consilii arcanum mox nuntiat ipse superni,
Explicat, & Vates, omnia tuta monet.
At Virgo, neque enim veris non credere dictis
Passa Fides, sancti plena timoris ait:
Ah nunquam in tantos animus cogitavit honores:
Quænam ego, ut adveniat fors mihi tanta, Pater?
Sed si vis, famulæ nec dedignabere vilis
Hospitia, en adsum: sit tibi velle meum.
Perficias nil deinde moror quin protinus orsum:
Es Dominus, jubeas; mox tua jussa sequor.
Vix ea protulerat. Cœli patuere recessus,
Et VERBUM multo in lumine prosiluit,
Omniparens VERBUM patria de mente profusum,
Casta petens MARIÆ viscera, factus homo.
Divinâ sic prole gravis, properanter adivit
Montanam Elisæ Parthenis alma domum.

Utra-

(87) Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. *Lucæ c.* 1. 44.

(88) Convocavit duos de discipulis suis Joannes, & misit ad Jesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? *Lucæ cap.* 7. 20.

Utraque ſe amplexans, ſe mutuo amore ſalutat,
Quæ paritura Deum eſt, quæ paritura virum.
Virgo ibi tunc cecinit carmen cœleſte, quod audis,
Quod rapit & mentem, cor, animamque beat.
Oh quot geſta Dei, quot, quantaque nuntiat illud!
Sunt prima at Fidei gaudia Partheniæ.
Eia age: virtutes diſcantur Parthenis omnes,
Sed tam firma prius nobilis illa Fides.
Credendam docet iſta Fides ab origine puram,
Nos ita quæ Dominum magnificare docet



CANTICUM VII.

Quid magis instandum? Musa, argumenta relinque.
Causa Dei est: Matrem protegit ipse suam.
Siste, stupe; quantum ænigmatibus, (1) atque figuris
Parthenis alma fuit glorificata, scias.
Plura dabo, Divina Parens, licèt omnia (2) fermè
Symbola candoris sint sacra dicta tui.
Novimus æternum Genitum cum Patre coævum
Vitæ principium non habuisse suæ.
Ex tunc nonne Dei (3) se dixit ab ore creatam
Alma sub obscuro nomine Virgo loquens?
Nondum mundus erat, nec jacta elementa seorsim,
Nec librata suo pondere stabat humus;
Totus & orbis adhuc Divina in mente manebat
Jam concepta Dei Mater, ut inquit, erat.
Et Matrem, & Genitum quis non, fore, diceret ambos
Ex tunc spirituum (4) conditione pari?
Unum si fuerant igitur Genitusque, Parensque,
Unanimes fatis quis neget esse suis?
Cur non, ut natus, culpatâ ab origine Mater (5)
Libera sit, Nato tam bene juncta suo?

Er-

(1) Opera quippe ejus per potentiam aliud ostendunt, & per mysterium aliud loquuntur. *D.Gregor. Magn. Homil. 2. in Evang.*

(2) Ecce ad quam omnia eloquia Prophetarum, ad quam omnia ænigmata concurrunt Scripturarum. Spiritus Sanctus de Maria per Prophetas prædixit, per oracula intimavit, per figuras intonuit, per præcedentia promisit, per subsequentia complevit. *D. Ildefons. Serm. 1. de Assump.*

Virgo Maria in omnibus libris sacræ Scripturæ, & in omnibus Canticis, imò etiam in singulis versibus, directè, vel indirectè est mysticè contenta. *D. Vincent. Ferrer. in Serm. de Concept.*

(3) Ab initio, & ante sæcula creata sum. Ego ex ore Altissimi prodivi. *Eccl. cap. 24.*

Ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret ... adhuc non fecerat cardines orbis terræ .... nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram. *Proverb. cap. 8.*

Ante constitutionem mundi in consilio æternæ sapientiæ electa, & præelecta. *S. Petr. Dam. Serm. 45. de nativit. Virg.*

(4) Deus præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. *Psal. 17.*

Particeps fuit in via utriusque beatitudinis, viæ scilicet, & Patriæ. *Gerson.*

(5) Hinc illi accessit decor, quod culpa originali perpetuò expers fuit, à qua præservaverat eam Filius ejus ita ut ne mo-

Ergo quid instandum, nisi quod de sorde vetusta,
Concepta (6) ante ævum nil tulit alma Parens?
Mortalem te, Diva, probas, cum nigra (7) vocaris,
Mortales inter pulchra sed una venis.
Nigra quidem, nam noscis Adam te sanguine natam
Pulchra, quòd in te non transiit error Adæ.
Cur Regi speciosa (8) tuo tu sola videris,
Ni quia te solam noverat absque nota?
Filia tu Regis Cœlestis, & omnis ab intus (9)
Gloria, quam peperit Gratia, juncta tibi est.
Audi, inquit, mea Gnata, (10) vide. Patris immemor esto,
Atque domus gentis nec memor esto tuæ.
Egredere; (11) Oh si te ignoras, Pulcherrima. Numen
Terrigenæ oblitam te Patris esse jubet.
Cœlestis tuus est Genitor. Te nosce metipsam,
Teque luem mundi non tetigisse scias.

N Fi-

momento quidem temporis, vel filia iræ, vel vas immundum, vel diabolico (sicut nos alii omnes) subjecta dominio fuerat; prævenit hoc enim sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi. *Joan. Taulerus Serm. in festo Purificat.*

(6) Maria Dei filia ab æterno præservata fuit ab omni labe peccati. *D. August. Serm. de nativitate Virg. & idem inquiunt. Ricard. Laurent. Idiota, Dionis. Carthus. & alii quam plures.*

(7) Nigra sum, sed formosa. *Cant.* 1.4. Pulchram in sua Conceptione, & sine macula extitisse..... Tota pulcha es Maria, & macula originalis non est in te, Ego vidi ipsum (venerab. P. Carmelus) Spiritus Angelicos decantare. *Alph. Raym. in histor. Mariana de Mercede lib. 7. cap.* 18. *Torres de Concept. cap. 2. & alii quos refert. Strozzi lib. 1. cap. 9.*

Nigra sum, in quit, id est, habens formam vestram servilem, quia filia Adæ patris nostri per naturam; sed formosa, quia filia Adæ non sum per prævaricationem. Itaque naturam Adæ accepit; attamen prævaricationem illius non accepit unquam. Ideò semper fuit Maria formosa. *Fr. Joseph à S. Bened. Explanat. Cant. B. M. V. ad* 1. *vers.* 2. *in fine.*

(8) Et concupiscet Rex decorem tuum. *Psal.* 44. 12.

Amica mea, speciosa mea. *Cant.* 2. 13.

Est enim hæc speciosior. Sole. *Sapient.* 7. 29.

(9) Omnis gloria ejus Filiæ Regis ab intus. *Psal.* 44.14.

Sancti Evangelistæ de Mariæ laudibus silent; quoniam ineffabilis est ejus magnitudo, & quia Virginis gloria, sicut in Psalmo legitur, omnis intus erat, & magis cogitari poterat, quam describi. *D. Thom. de Villan. Conc. 2. de nativit. Virg.*

(10) Audi Filia, & vide .... & obliviscere populum tuum, & domum Patris tibi. *Psal.* 44. 11.

Christus filius est Dei Patris per naturam, & Maria specialis, imò specialissima filia est quidem Patris per gratiam. *Idiota de B. V. p.* 14. *Contempl.* 3.

(11) Si ignoras te, O' pulcherrima inter mulieres, egredere. *Cant.* 1. 7.

(12)

Filia vera Dei es; Divinaque (12) Gratia, totam
Quæ te replevit, fit quoque nata tua.
In Cœlis exorta prius, dein nafceris Orbi;
Hic Pater eft luteus, cælicus (13) ille Pater.
Infauftus de mente tua procul abfit Adamus;
Quid tibi cum lutei crimine, Diva, Patris?
Et Patris, & generis mortalis dedecus abfit,
Nam prior ætherei Filia Patris eras.
Tota,inquit,pulchra (14) es,mea amica: haud dedecus in te eft,
Nec tibi culpa Patris perniciofa nocet.
Tu fons fignatus, (15) conclufus & hortus: Amantis
Signavit, claufit quis nifi dextra Dei?
Dilectus voluit (16) tuus huc defcendere; fed tu
Ipfemet hortus eras, unde ait effe fuum
Sanctificata Deo, tu (17) Fæderis arca, MARIA, es,
Tartareæ quam nec gutta fubivit aquæ.
Auroræ in morem puro tu lumine furgis;
Per noctis tenebras, utpote Luna, nites;
Et nunquam ut lucem exuitur, capitifque decentes
Sol radios, fic in te umbra nec ulla fuit.
Sed fimul, ut video, (18) Sol, Luna, Aurora vocaris,
Omnia nempe tuum lumina lumen agit.

In

(12) Maria Mater gratiæ / Mater Divinæ gratiæ } Ecclef.

Mater gratiæ, cujus Conceptionis quafi principium habuit à Deo. *Ricard. Laurent. de Laud. Virg. lib. 6.*

(13) Primogenita ante omnem creaturam. *Eccl. 24. 5.*

Scriptura de induftria omifit commemorare patres Mariæ in terris, ne id confideraremus adverfus illam,quod ex naturæ debito, fed id folum, quod à Filio ex gratia debuit accipere. *Ambrof. Catharin. lib. 4. Annot. in Comment. Caietani.*

(14) Tota pulchra es Amica mea, & macula non eft in te. *Cant. 4.7.*

(15) Hortus conclufus, Soror mea Sponfa, hortus conclufus, fons fignatus. *Ibidem 4. 12.*

Fons fignatus, ut nefciat ullis infidiis, fraudibufque diaboli violari. *D. Hieron. Homil. 4.*

Fons fignatus figillo totius Trinitatis,ex quo fons vitæ manat. *Idem Hier. in Epift. de Affumpt. ad Paul. & Euft.*

(16) Dilectus meus defcendit in hortum fuum. *Cant. 6. 1.*

(17) Arca fanctificationis tuæ. *Pfal. 31. 8.*

Hujus arcæ tanta fuit foliditas, ut nec aqua alicujus peccati per ipfam, vel ad ipfam poffet accedere. *Ant. Rampegolis in tract. de V. M. S. Bernardin. de Sena, Damafc. & alii*

Salve arca fanctificationis, illa, inquam circumtecta auro,nimirum illuftrante Spiritu Sancto. *S. Andr. Cretenfis. Orat. 2. de nativit. Virg.*

(18) Quæ eft ifta, quæ progreditur, quafi Aurora confurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caftrorum acies ordinata? *Cant. 6. 9.*

(19)

Insuper, ut se campo infert exercitus ingens,
Cujus ad aspectum territus hostis abit,
Sic superis donis venientem, & Numine cinctam
Infernæ ultricem te tremuere acies.
Non satis at tantæ paritates esse videntur,
Nam matutini sideris illa deest.
Plauditur, ut nebulas inter (19) Stella illa MARIA,
Vel sit ea ex Jacob exoritura polo;
Nanque apud Isacides debet Stellæ esse Redemptor
Filius. Ipse hostis (quid mage?) testis adest.
Quid magnum in Cœlo (20) signum! Concepta MARIA
Illa induta novo Fæmina Sole fuit.
Natura mirante, virum (21) circumdedit ipsa
Intemerata uteri virginitate sui.
Quis tamen iste fuit? Naturæ est ipsemet auctor;
Phæbeum Auroræ lux venit ante jubar
Feci indeficiens, (22) ipsa inquit, lumen oriri,
In tenebris lucens, quas radiando fuget.
Ergo recens (23) Aurora veni: Tu prævia Solis
Divini, & veræ lucis es alma Parens.
Candor avernales longê tuus expulit umbras;
Lucifer es claram dans sine nocte diem.

(19) Quasi Stella matutina in medio nebulæ. *Eccl.* 50. 6.

Judæi appellant Messiam *Bareocab*, id est, filium Stellæ, *HamelLannot. ad* Orietur Stella ex Jacob *Num.cap.*24. 17.

Stella ex Jacob, id est, Maria; Stella enim in Cœlo sita est *exponit Beda*.

(20) Et signum magnum apparuit in Cœlo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona Stellarum duodecim. *Apocalipl.* 12. 1.

Jure Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundissimum Divinæ Sapientiæ, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum. *D. Bernardus.*

(21) Creavit Dominus novum super terram. Fæmina circumdabit virum. *Jerem.* 31. 22.

O' Fæmina super fæminas benedicta, quæ virum omninò non novit, & virum suo utero Circumdedit! circumdat virum Maria Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum serpenti consentiendo. *D. August. Serm.* 18. *de Sanctis in med.*

(22) Ego feci, ut oriretur lumen indeficiens. *Eccl. cap.* 24. 4. 6.

Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. *Joan. cap.* 1. 5.

(23) Nova lux oriri visa est. *Esther. cap.* 8.

Nova lux, id est, Maria, quæ nunquam fuit in tenebris, sed semper in luce. *D. Hieron.*

Quasi aurora consurgens .... vel quæ apparet, quasi aurora ... juxta Hebr. vel quæ desursum aspicit, juxta alios. *Diar. Metr.*

Mater Virgo Maria, lux lucis, digna digni, immaculata immaculati, una unius, unica unici. *Origenes Hom.* 1. *ex diversis.*

(24)

Ut Sol, electa (24) es, perpulchra ut Luna (25) refulges;
Ast ea sub plantâ est, corpore & ille nitet.
Lux astrum tua utrumque refert, sed utrumque videtur
Propria in obsequium lumina ferre tuum.
Luna at in æternum (26) perfecta, & plena nitescis,
Lux tua nam mundum tempus in omne replet.
Luna es, verum ipsi Splendore (27) simillima Soli,
Lumine Divino cujus amicta præis.
Sic tua lux erit, ut Solis. Sol Christus, & ipse
Pura quod effinxit lux tua, corpus habet.
Incedis tu clara (28) micans, ab origine nempe
Sol tibi fulgorem prætulit ipse suum.
Cum tamen inconstans semper lunare sit astrum,
Et cum decrescat, nox tenebrosa redit,
Denotat umbrosam terram tunc Luna bicornis;
Calcetur (29) pedibus, Parthenis, ergo tuis.
Luce (30) tuâ ingenitâ nocturnas ejicis umbras
Puro à conceptu, candida Virgo, tuo.
Sed tua cur non hoc traheret Conceptio lumen;
Condita si Solis tota nitore venis?
Per mirum quin, Diva, modum Sol (31) ille putaris
Divus ab æternis montibus irradians.

Te

(24) Electa ut Sol. *Cant. 6. 9.*
Munda ut Sol; *exponit Vatablus.*

(25) Pulchra ut Luna. *Cant. 6. 9.*

(26) Sicut Luna plena perfecta in æternum. *Psal. 88. 38.*

(27) Erit lux Lunæ, sicut lux Solis. *Isai cap. 30.*

Et sicut Luna plena in diebus suis lucet. *Eccl. 50. 6.*

(28) Vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem claré. *Job. cap. 31.*

(29) Per Lunam intelligitur defectus, & sic per Lunæ suppeditationem omnium defectuum designamus conculcationem; & primus est peccati fæditas, à quo B. Virgo speciali privilegio præservata fuit. *Petr. de Palude, ut ex Diar. Metr. pag. 226.*

Luna sub pedibus ejus, quia totam Ecclesiam sub pedibus habebat Maria in primo suæ Conceptionis exordio. *D. Bernard. Ser. 2. in Sign. mag.*

(30) Nova lux Maria, quia in sua Conceptione fuit tota lucida, & sine ulla præcedente obscuritate peccati. Unde de ea rectè dici potest: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. *Mayronius Serm. de Concept.*

(31) Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. *Psal. 75 5.*

In Sole posuit tabernaculum suum. *Psal. 18. 6.*

Sol, qui nullam habuit obscuritatem peccati, in quo Deus posuit tabernaculum suum, id est, corpus suum. *Doctor Angelic. in Psal. 18.*

Ipse est, qui in Sole posuit tabernaculum suæ carnis. *S. Petr. Dam. Serm. 1. de Epiph.*

Tabernaculum sui corporis in Sole posuit, quando in utero Virginis, quæ Sole amicta est, clausus fuit. *Albert. Mag. super Missus est.*

Sol

Te tegit ipse quidem: Tu tota in Sole videris,
Sol in te totus; Lux utriusque eadem.
Sic faciunt unum tantum duo corpora corpus;
Lux una ex duplici factaque luce nitet.
Solem Aurora prius dedit, & circumdedit; inde
Versus in Auroram cernitur ipse suam.
Quomodo nox igitur culpæ potuisset adire?
Ad jubar æternum quælibet umbra fugit.
Sponsus (32) ut egressus thalamo, Sol luce superna
Lætus ab Aurora (33) prodiit iste suâ;
Sponsa sed ipsa (34) sua est, thalamusque. Ab origine purum
Nonne etiam Auroræ debuit esse jubar?
Hunc peragrans de more suo Sol cœlicus orbem,
Retrogressus ibi cernitur, unde venit.
Non ita Divinus: cursu nam temporis acto,
Te, junctus tecum, vestit, ibique manet. (35)
Quid magis? In terris tecum se junxit in unum,
Sed tibi nunc proprium dat super astra jubar.
Quæ duodena (36) tuam præcingunt sidera frontem,
Quid nisi virtutes sunt, quibus ipsa nites?
Sed licèt hic numerus (37) cunctos complectitur, omnes
Anne tuas dotes enumerare valet?
Omnifer est, unde immensis satis ille videtur
Signandis meritis, muneribusque tuis.

Haud

Sol, quia sicut Sol maculam nescit, de Maria dictum est, *Cant.* 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Ricard. Laurent. de Laud. Virg. lib.* 2.

(32) Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. *dict. Psal.* 18.

(33) Aurora, cujus ortum nox culpæ originalis non vidit. *S. Antonin. in Summa PP. tit.* 8. *cap.* 2.

Aurora, quæ tenebras horrendæ mortis originalis infectionis effugavit. *S. Bernardin. de Sena tom.* 2. *Serm.* 15.

(34) Ipsa est Sponsa, & thalamus, & ex ea Sponsus procedit Christus. *D. Epiphanius in expos. textus.*

Thalamum quoque, de quo Sponsus præ filiis hominum speciosus ad publicum procederet, decenter præordinavit. *Idiota de B. V. pars* 14. *Contempl.* 31.

Thalamum, de quo speciosus prodivit Sponsus, nulla macula originali contaminatum. *S. Maximus. Serm. de B. V.*

Beata Virgo, quia thalamus Divinæ gloriæ fuit, non fuit aliqua peccati labe polluta. *Bustos Serm.* 6. *de Concept. B. M. V. D. August. Melitus. Gregor. Mag. & alii.*

(35) Manet in æternum. *Psal.* 116. 2. Usque in æternum manet. *Eccl.* 44. 13.

(36) Et in capite ejus corona Stellarum duodecim. *Apocalip.* 12. 1.

(37) Duodenario sæpe numero solet in Scripturis universitas designari. *Beda Hom. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia.*

Propter significationem universitatis ad sedem duodecim pertinent. *D. August. ad Psal.* 86.

(38)

Haud igitur mirum, nihil (38) emendabile corpus
Sole fit ornatum, sideribusque caput.
Te stetit ante (39) draco; sed calce repellis hiantem
Illidens plantis osque, caputque tuis.
Quid fuit hoc signum, tua ni Conceptio victrix
Alma Parens, Cœli splendor, & Orbis honor?
Quis dilectam illam (40) Sponsam te deneget esse,
Quam Dilectus eo nomine sæpe beat?
Ah mea Sponsa, inquit, mea Sponsa, Sororque, (41) & Amica
Illi tu tota (42) es, totus & ipse tibi.
Te pulchram (43) vocat, & celebrat, vocat atque Columbam,
Felle ut mortali te caruisse scias.
Sponsus amans, formam quoque sumpsit (44) & ipse columbæ,
Ut suus in Sponsam par videatur amor.
Hæc species, quæ felle caret, sic spectat utrumque;
Tali etenim Sponso congrua Sponsa (45) fuit.
Si Deus, ut Genitor, Sponsusque est tutor honoris
Virginei, ut Genitus quomodo nolit idem?
In Triade, haud dubium, sola est, atque una voluntas;
Unum est imperium, providus unus amor;
Hac ratione, ideò, quia Filius esse cupivit,
An deerit Christus Matri aliquando suæ?

Glo-

(38) Quia in ipsa nihil fuit emendabile, ideo stellis redimitam cernimus. *D. Bern. Serm. in cap.* 12. *Ap.* & *idem Serm.* 2. *de B. M. V.*

(39) Et draco stetit ante mulierem. *Ap.* 12. 4.

In Apocalypsi Joannis Apostoli scriptum est hoc, quod staret draco in conspectu mulieris, quæ paritura erat, ut cum peperisset, natum ejus comederet. Draconem diabolum esse nullus vestrum ignorat: Mulierem illam, Virginem Mariam significasse, quæ caput nostrum integra integrum peperit. *D. August. ex Tract. de Symb. ad Cathecum. lib.* 4. *cap.* 1. *Tom.* 9.

(40) Veni Sponsa mea. *Cant.* 4. 8.

(41) Vulnerasti cor meum Soror mea Sponsa. *Ibid.* 9.

Aperi mihi Soror mea, Amica mea, Columba mea, immaculata mea *Cant.* 5. 2.

(42) Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. *Idem cap.* 6. 2.

(43) Ecce tu pulchra es Amica mea, tu pulchra es. *Idem cap.* 1. 14.

Quam pulchra es, Amica mea, quam pulchra es! *Idem cap.* 4. 1.

Tota pulchra es Amica mea, & macula non est in te. *Ibid.* 7.

Una est Columba mea, perfecta mea. *Idem cap.* 6. 8.

(44) Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum. *Lucæ* 3. 22.

(45) Maria Columba est tota munda, & ab omni inquinamento sceleris cœlitus præservata. *Dionys. Faber tract.* 1. *de Concept. B. M.*

Tota pulchra es in tua Conceptione ad hoc solum effecta, ut Templum esses Dei Altissimi. *Idiot. in Contempl. de B. V. M. cap.* 2.

(46)

Gloria si Triadis Conceptio pura MARIÆ est,
Ut Genitus, (47) quid non fecerit ergo Deus?
Nonne typus MARIÆ, flatu illa impulsa (47) superno,
Quæ clavo Sisaræ tempora fixit, erat?
Ast ea, (48) quæ Ducis Assirii caput ense resectum
Eduxit castris, maior imago fuit.
Sic, operante Deo, columen fuit utraque gentis,
Utraque Divinæ Matris ut umbra foret.
Tempora fossa, caput scissum, quid denotat? (49) Hostem
Victum, ac Parthenio sub pede crimen Adæ.
Illa electa Dei, cui nuntius inquit (50) Abrami,
Pro Genito Domini es præmeditata mei,
Nonne figura tui? summo quæ Patre jubente
Electa est Geniti Sponsa, (51) Parensque fui?
Davidica illà potens (52) turris te, Diva; figurat
Montibus in sanctis ædificata (53) Sion.
Æternum ut sedeat, Deus hanc sibi condidit; illuc
Venit, præ reliquis hanc habitare (54) volens.

Un-

(46) Cum Christus ab æterno elegerit B. Virginem in Matrem, juxta illud, quod canitur: Elegit eam Deus, ac præelegit eam: concludendum est, quod ipse, cui omnia futura erant præsentia, à cunctis malis, & damnis peccati originalis, eam voluit præservare, ut boni Filii debitum adimpleret. *Bernardin. de Bustos Serm.* 1. *de Concept. pars* 3.

(47) Tulit Jahel clavum tabernaculi, assumens pariter, & malleum, & ingressa absconditè posuit supra tempus capitis ejus clavum, percussumque malleo defixit in cerebrum. *Judicum cap.* 4. 21.

(48) Et percussit bis in cervicem ejus, & abscidit caput ejus. *Judith cap.* 13. 10.

Per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster. *Ibid.* 19.

(49) Judith, id est Maria, quæ contrivit caput serpentis, id est peccatum originale; sicut enim caput in serpente est primum, & principale omnium membrorum serpentis, sic peccatum originale est primum principale, & omnium peccatorum origo, & hoc caput serpentis Maria contrivit, quia nulla prorsus peccati originalis macula in animam Virginis introivit, sed semper ab omni peccati labe libera fuit. *Petr. Bardus Serm.* 1. *de Concept.*

Percussisti caput de domo impii. *Abacuc. cap.* 9.

(50) Ipsa est mulier, quam præparavit Dominus filio Domini mei. *Genes.* 24. 44.

(51) Non propter illam Matrem iste Filius natus est, sed propter istum Filium illa præparata est Mater. *S. Joan. Chrisost. Homil.* 2. *in Matth.*

In illo instanti Conceptionis plus amabatur à Deo, quàm cæteri Sancti, quia amabatur, ut mater futura. *S. Bernard. Ep.* 147.

(52) Turris Davidica. *Eccl.*

(53) Fundamenta ejus in montibus sanctis. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. *Psal.* 86. 1. & 2.

(54) Hic habitabo, quoniam elegi eam. *Psal.* 131. 14.

(55)

Unde præexcelſo ſuper omnes vertice (55) montes
Hæc exaltatur manſio, digna Deo;
Hæc dilecta ædes, auguſta hæc Numinis (56) aula:
In Solio Domini num ſuus hoſtis erit?
Quænam Urbs dicta Sion, niſi tu (57) meritiſſima Virgo,
Quâ Deus ortus homo eſt, ut moreretur homo?
Quod plauſus, quot fama canit præconia de te
Urbs animata, (58) Dei corpore digna domus?
Quis ſtupor, Angelicus (59) ſuperâ vi miles in hoſtem
Irruat, intactum ne violetur opus?
Sic nec adire fores, in te nec ferre ſagittam
Aſſirius potuit, (60) Filia Virgo Sion.
Ut typus eſt MARIÆ ſine labe Urbs iſta, fugatus
Sic typus expulſi dæmonis hoſtis erat.
Nonne illa aſcendens ex æquore (61) parvula nubes
Propria conceptæ Matris imago Dei eſt?
Illa ut de vitreis pelagi ſeſe extulit undis
Arentemque ſuo rore refecit humum;

Sic

(55) Erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles. *Iſai. cap. 2. & Michæas cap. 4.*

Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ ſuper omnes Sanctos refulſit. *S. Gregor. Magn. de expoſit. in 1. Regum, & Doct. Angel. 3. p. q. 27. art. 1.*

(56) Sic fundavit civitatem, in qua naſceretur, quando creavit Matrem, de qua naſceretur. *D. Auguſt.*

(57) Qui antequam naſceretur, talem creavit eam, ut ipſe dignè naſci potuiſſet ex ea: De qua Propheta David multo ante prædixerat: Mater Sion dicet, Homo, & Homo factus eſt ex ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus. *S. Petr. Dam. Serm. ult. de nativit. Virg.*

(58) Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei. *Pſal. 86. 3.*

Civitas Dei viva, nunquam à diabolo Dei inimico per peccatum poſſeſſa, cujus fundamenta in montibus ſanctis, ſcilicet in monte innocentiæ, & puritatis, in monte juſtitiæ originalis, & in monte Divinæ Gratiæ præſervantis. *Bernardin. de Buſtos Serm. 4. de Aſſimilat. B. M. V.*

Bene civitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius, niſi Dei, quia nihil in ea habuit pars adverſa. *Ricard. Laurentin. lib. 11. de Laud. Virg.*

Civitas Dei, cujus fundamenta fuerunt in montibus ſanctis; id eſt in Patriarchis, Prophetis, & Regibus, de quibus B. Virgo originem traxit. Fundamentum etiam ejus fuit ipſe Chriſtus lapis angularis, qui eam ſuſtentavit in gratia, & virtute. *Idiota de B. M. V. pars 14. Contempl. 36.*

Virgo Maria debebat fieri ſpeciale habitaculum Dei Ergo debebat ſpecialius præſervari; ſed ſi concepta fuiſſet in peccato originali, non fuiſſet ſpecialius præſervata. Igitur non fuit concepta in peccato originali. *Gulielm. Pariſien Bitonton. in poſtill. maiorib. de feſto Conceptionis q. 3.*

(59) Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit. *Iſai. 37. 36.*

(60) Aſſirius non intrabit civitatem hanc, & non jaciet ibi ſagittam. *Ibid. 33.*

(61) Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. *3. Regum. 18. 44.*

(62)

Sic mundi concepta mari, atque exorta MARIA (62)
Salvifico terræ viscera rore fovet.
Quid notat humani referens (63) pedis illa figuram,
Ni Domini adventum jam properantis iter?
Ergo Dei Genitrix (64) nubes, pedis instar ad ipsos
Mortales Numen monstrat adire viam,
Ad quam currendam exultans sua sidera linquit,
Ac celeri passu more gigantis ovat.
Attamen unde venit, nisi Cœlo (65) egressus ab alto
Intactum nebulæ transiliendo sinum?
Nempe, ut cum terra pax fiat, & unio Cœli,
Egrediens illinc, huc gradiendo venit.
Nubecula (66) oh felix! Per te oh felicior orbis,
Quem rore æterno vivificante beas!
Non es tu nubes noctis, sed (67) clara diei;
Noctis nulla tuum contigit umbra jubar.
Nubecula oh felix, quæ, quamvis parvula, totam
Rore imples terram fausta per æva tuo!
Rore etenim madefacta tuo fructum illa virentem
Optatum (68) cunctis gentibus inde dabit.
Virgo quidem levis illa fuit purissima nubes,
Digna ut abhinc (69) Justus defluat instar aquæ.

O Qua-

(62) Licet nubecula illa esset originaliter ejusdem naturæ cum mari, alteriusque proprietatis; mare quippe ponderosum est, & amarum; sed nubecula illa levis fuit, & dulcis; sic quanvis in quolibet homine alii instar maris, natura humana sit in sua origine, ità amaritudinis peccatorum pondere pressa, ut fateri cogatur: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me*; Beata tamen Maria de hoc mari, id est, humana natura, aliter fuit orta, quia in sua Conceptione non fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar illius nubeculæ fuit levis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum. *Patriarcha Joan Hierosol. lib. de Instit. Monach. cap. 3. & idem sentiunt D. Hier. D. Ambr. & plures alii.*

(63) Ecce Dominus ascendet super nubem levem: *Isai. cap. 19.*

Maria dicitur nubes levis, quia ab omni sarcina peccati tam originalis, quàm actualis liberata fuit. *Hugus de Prato florido. Ord. Prædic. Serm. 1. de Omnib. Sanct.*

(64) Ipsa est sine omni peccato nubes purissima. *D. August. ex Isai. 19.*

(65) Exultavit, ut gigas ad currendam viam; à summo Cœlo egressio ejus *Psal. 44.*

(66) *Joannes Patriarch. Hierosol. lib. de Instit. Monach. ut supra.*

Terra nostra dabit fructum suum. *Psal. 84. 13.*

(67) Deduxit eos in nube diei: *Psal. 77.* Hæc nubes non fuit in nocte, sed semper in luce. *D. Hieron.*

(68) Desideratum cunctis gentibus. *Agg. 118.*

(69) Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Iustum. *Isai. 45. 8.*

Quare agite ò Cœli, terris demittite rorem,
Exhaustis terris (70) ah pluvia alma cadat;
Quæ longum tandem sitientia temperet arva,
Irriget & nascens arida corda Puer.
Ut pluvia, in vellus descendat, scilicet alvum
Vigineam; (71) hæc puri velleris instar habet.
Vellus origineæ probitatis rore repletum
Quid, nisi Divinæ Virginis alvus, erat?
Quam bene ab Aurora est decreta (72) egressio Justi,
Arva die tota mitis ut imber alat?
Quis poterit Domini (73) virtutem æquare loquendo,
Ut referat, Matri quæ dedit ipse suæ?
Hæc vel mente nequit comprendere munera quisquam,
Sed tantùm Omnipotens, quæ tulit illa, manus;
Brachio enim (74) Domini vis quanta, & spiritus hæsit
Quis sciet? Aut data cui notio tanta fuit?
Sic dignæ quis scire valet merita omnia Matris?
Est meritis, quidquid plauditur, (75) omne minus.
Hoc tantum scimus, Divina Puerpera, nobis
Quod tu per Vates innuis ipsa sacros.
Diva sed ah quoties tua te ad præconia fandum
Spiritus impulerat! Vox tua nonne sequens?
Ante creaturas Divino (76) prodii ab ore
Nullus erat mundus, nullaque (77) abyssus erat.

Non

(70) Descendet, Sicut pluvia in vellus. *Psal.* 71. 6.

Cæteris per partes præstatur. Mariæ verò se totam infudit plenitudo gratiæ, quæ est in Christo, quamquam aliter. Hoc quippe est, quod canit David: Descendet, sicut pluvia in vellus: namque vellus, cum sit de corpore, nescit corporis passionem. *D. Hier. Serm. de Assumpt.*

(71) Vellus repletum rore originalis justitiæ. *Maurit. de Villaprobata. Serm.* 16. *Coron. nov. B. M. V.*

(72) Quasi diluculum præparatus est egressus ejus, & veniet, quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. *Osæ.* 6. 3.

(73) Quis loquetur potentias Domini *Psal.* 105. 2.

Nihil est virtutis, nihil est gratiæ, quod non resplendeat in Maria. *D. Bernard. Serm. de Laud. B. V.*

(74) Brachium Domini cui revelatum est? *Isai.* 53. 1.

Quis auditas faciet omnes laudes ejus? *Psal.* 105. 2.

(75) Quidquid humanis potest dici verbis, minus est à laude Virginis. *D. Hier. in Ep. ad Paul. & Eust.*

(76) Ab initio, & ante sæcula creata sum. *Eccl.* 24.

Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. *Ibidem.*

(77) Nondum erant abyssi. *Proverb. cap.* 8.

(78)

Nondum erat infandi ſceleris vi terra dehiſcens,
De barathro (78) in barathrum culpaque præcipitans;
Ante fui, (79) quàm cuncta forent, concepta; Parenſque
Ex famula Domini præmeditata mei.
Ex famula Princeps nunc exaltata niteſco;
Qualiter in Libano (80) pulchrior alta Cedrus,
Et quaſi monte Sion viridans excelſa cupreſſus; (81)
Et velut in Cadès ſidera palma (82) petens;
Sicut & in Jericho florum regina (83) rubeſcens;
Et velut in campis ſemper oliva (84) vigens;
Sicut & irriguis (85) platanus, quæ crevit in oris,
Undique & umbroſum tollit ad aſtra caput.
Vel quaſi protendens ramos (86) Terebinthus, at omnes,
Qui me onerant rami, gratia ſunt, & honor.
Denique tu Virga Iſacidæ pulcherrima plantæ
Terræ progenies aurea, & axis amor;
Quæ totum ramis ambis felicibus Orbem,
Floreque anhelato progrediente, beas.
Diva, Dei tu amor es, noſtræ ſpes altera gentis,
Adjutricem egit quam Deus ipſe ſuam;
Utque operis pars magna fores, mortalibus unam
Te mediam pacti fœderis eſſe dedit.
Sic ſua lecta Parens ab origine pura triumphas,
Conculcat colubri planta tenella caput.

(78) Abyſſus abyſſum invocat. *Pſal.* 41. 8.

Unum peccatum ad aliud trahit. *D. Gregor. Mag. ad text.*

(79) Nondum erant Abyſſi, & ego jam concepta eram. *Proverb.* 8.

De te enim ſola conſtat, quod ab æterno munda extiteris. *D. Sabbas, ut refert Wanereg. & hic addit, quod ſequitur*: Dum Menæa dicunt, Mariam ab æterno mundam extitiſſe, non ita intelligi debent, ac ſi velint, Mariam ab æterno vixiſſe (cum præter Deum nemo fuerit ab eterno) ſed explicari debent, ut cenſeantur dicere velle ab omni æternitate nullum unquam momentum extitiſſe, in quo verum non fuiſſet dicere Deiparam ab originali peccato vel fore, vel eſſe immundam.

(80) Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano. *Eccl. cap.* 24.

(81) Quaſi Cypreſſus in monte Sion. *Eccli cap.* 24. 17.

(82) Quaſi palma exaltata ſum in Cadès. *Ibid.* 18.

(83) Quaſi plantatio roſæ in Jericho. *Ut ſupra.*

(84) Quaſi oliva ſpecioſa in Campis. *Ibidem.* 19.

(85) Quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam. *Ibi ut ſupra.*

(86) Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honores, & gratiæ. *Ibid. num.* 22.

Nomine ſub vario, ah quoties in Codice Sancto
    Expreſſa integritas Matris, honorque venit!
Omnia Parthenium ſignant de labe triumphum.
    Argumenta ſequi quid vaga muſa juvat?
Ah nomen cogites! Huc ſiſte. MARIA vocatur
    Immculata Parens Numinis; Hoc (88) ſatis eſt.
Chriſtiparæ ut pateant laudes, ſatis eſſe videtur
    Nomen, quod proprium nuntiat omne decus.
Hoc nomen (87) memorat Textus, nihil amplius addens,
    Plus neque de Auguſta Virgine Matre loquens.
Conceptam, Aſſumptam tacuit; ſunt nempe ſcienda
    Hæc mira ex MARIÆ nomine geſta Dei.
Ridet ad hoc nomen Cœlum (89) lætatur & Orbis,
    Stridet averna cohors, & ſtygis antra tremunt
Muſa, ſit ergo ſatis nomen; quin nomen adora.
    Manat ab hoc pietas, gratia (90) tota fluit.
Sat ſit inoffenſæ nomen ceciniſſe MARIÆ,
    Cui vox mortalis plaudere nulla valet.
Nec meritò mens ulla capit: Vox quælibet impar;
    Jam neque mortalis, ſi foret æqua, foret.
Quod mare (91) ſive voces: Poterit quis noſſe profundum,
    Si totas geniti Numinis hauſit opes?

Stel-

(87) De Virgine ſolum prædicare, quod mater Dei eſt, excedit omnem celſitudinem, quæ poſt Deum dici, aut excogitari poſſit. *D. Anſelm. lib. de Excell. Virg.*

Sufficit dicere fuiſſe Dei matrem Mariam, ut inde rectè inferamus omnia poſſibilia privilegia fulgere in Maria. *Albert. Magn. de laud. Deip.*

(88) Tantæ virtutis eſt, & excellentiæ tuum ſacratiſſimum nomen, Beatiſſima Virgo, quod ad invocationem ipſius Cœlum ridet, terra lætatur, Angeli congaudent, dæmones contremiſcunt, infernus conturbatur. *Idiota de Contempl. Deip. p. 4. cap. 1.*

(89) Et nomen Virginis MARIA. *Lucæ cap.* 1. 27.

(90) SS. Evangeliſtæ de Mariæ laudibus ſilent, quoniam ſatis fuit de ea dicere: De qua natus eſt Jeſus. *D. Thomas de Villanova. Conc. 2. de nativit. Virginis.*

Scriptura magis laudat eam, hoc tacitè ſupponendo: tacendo enim pro reverentia regulam nobis tradit infallibilem, quod quidquid boni, vel laudis in aliis fuit, hoc etiam in Beatiſſima Virgine fuiſſe de hoc minimè oportebit dubitare, nec in quæſtionem venire debet. *Albert. Magn. in Mariali cap. 39.*

(91) Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; omnia flumina gratiarum intrant in Mariam, & dignitatem ejus non excedunt. *D. Bonav. in opuſc. de laud. B. M. cap. 7.*

Sicut congregationes aquarum appellavit maria, ſic congregationes gratiarum appellavit Maria. *D. Antonin. 4. p. tit. 15. cap. 4.*

(92)

Stellam (92) sive maris: Nonne hæc cynosura salutis
Te vehit ad portum, si tua vita mare est?
Seu Cœleste (93) jubar, radios quod fundit ubique:
Quis feret in tantum lumina fixa jubar?
Augustum hoc MARIÆ complectitur omnia nomen;
Lux, superumque decor; pax, hominumque salus.
Pro Domina (94) MARIAM si verò exponere malim,
Dignius hoc nullum nomine nomen habet.
Tu superis, Regina potens, dominaris, (95) & orbi;
Utpote quæ reparas cuncta parata diù.
Cerbereum tua pura caput (96) Conceptio vicit,
Et fera torva tuo sub pede pressa fremit.
Quam bene conveniens Dominæ tibi nobile nomen?
Sol tibi præcinxit (97) corpus, & astra comas.
Quem capere haud poterant (98) Cœli, tu ventre tulisti;
Hinc Polus, & Tellus sub ditione tua est.
Quæ soli reserata Deo, tu Janua (99) Cœli,
Quà petimus (100) Genitum, sorte beante, tuum.
Illa præexcelsi tu (101) scala cacuminis, unde
Salvator venit, (102) gensque redempta subit.

Tu

(92) Ave maris Stella. *Eccl.*
Stella marina, quæ in Conceptione nescivit occasum peccati originalis, quia ab omni peccatorum occasu distans fuit. *Bustos in Mariali Serm. 5. de Concept.*

(93) Jubar Deum oblectans. *Isidor. in Orat. de Præsent. B. M. V.*

Quid enim, inquit Sapiens, lucidius Sole? Et quid, inquit Ambrosius, splendidius eâ, quam splendor elegit? *P. Henricus Engelgrave in suo lib. cui titulus: Cœlum Empyreum ad festum Immac. Concept. pag. 809. in princip.*

Illuminatrix cœli, & terræ, quæ in multis de secretis Filii sui, & Verbi Dei Patris à sæculo in Deo absconditis, etiam ipsa Angelica lumina illuminavit. *Albert. Magn. in orat. ad B. M. V. incipiente: Sancta Maria secundum nomen.*

(94) Ante causam dignitas Virginis annuntiatur ex nomine: Maria Hebræo sermone, latinè Domina nuncupatur. *D. Petr. Chrysol. Serm. 142. de Annunt.*

(95) Sicut ergo Deus sua potentia parando cuncta Pater est, & Deus omnium: ita B. Dei Genitrix Maria suis meritis cuncta reparando Mater est, & Domina rerum. *D. Anselm. de Excel. Virg. cap. 11.*

(96) Ipsa conteret caput tuum. *Genes. cap. 3.*

(97) Vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris. *D. Bernard. Serm. super sign. magn.*

(98) Quia quem Cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. *Eccl.*

(99) Porta Regis in sua Conceptione fixa, per quam nulli transitus patet, nisi Deo *Georg. Nicomed. Orat. 1. de Concept.*

(100) Nullus potest jam cœlum intrare, nisi per Mariam transeat, tanquam per portam; sicut enim Deus ad nos venit per ipsam, ita per ipsam oportet nos redire ad Deum. *D. Seraphicus in c. 1. Lucæ.*

(101) Scala, hoc est, Maria Virgo. *S. Joan. Damasc. Orat. 1 de nativit. Virg.*

Vidit Jacob scalam in somnis, id est, Mariam. *Albert. Mag. in Bibl. Virg.*

(102) Facta est Maria Scala cœlestis: quia per ipsam Deus descendit ad terras,

ut

Tu Thronus (103) excelsus Triadis, conspectus ab ipso,
Ut Sol, nempe Deo, temporis ante vices.
Illa parata hæc est sedes (104) altissima ab ævo,
Quâ nunquam luteæ transiit umbra notæ.
Gloria, quæ semper Divinâ hac sede refulsit,
Quid nisi Conceptus (105) non maculatus erat?
Janua, Scala, Dei solium sis, Parthenis alma;
Quælibet officiis vox venit apta tuis.
Attamen ipse Polus (106) longe vox dignior esset;
Majestate minor ni foret ille tuâ.
Dignè etiam (107) Empyreum Virgo concepta vocaris,
Quod sine labe Trias condidit alma sibi.
At sis vel Cœlum vel Cœlo elatior (108) ipso;
Lux (109) es, quæ nunquam condita nube fuit.
Reddidit optatum nobis (110) Lux ista serenum.
Te, rediit fœdus, conciliante, vetus.
Fæderis in pignus, pacis tu nuntius (111) arcus:
Tempestas fugit; culpa recessit Adæ.

Quæ

ut per ipsam mereantur homines ascendere ad Cœlos. *D. Fulgent. de Laud. Virg.*

(103) Et thronus ejus, sicut Sol in conspectu meo. *Psal.* 88.

Felix Thronus, in quo sedet dominator Dominus: in quo, & per quem non solùm omnes, sed omnia renovantur. *S. Petr. Dam. Serm.* 1. *de nativit. Virg.*

(104) Parata sedes tua ex tunc. *Psal.* 92.

(105) Sedes altissima à principio, quia absque peccato originali concepta. *Paul. de Heredia in tract. de Concept.*

Sedes in sæculum sæculi Deo præparata, & ab omni labe præservata. *Bustos in Marial. Serm.* 9. *de Concept.*

Solium gloriæ altitudinis à principio. *Jerem. cap.* 17.

Ego per solium gloriæ, Virginem intelligi arbitror, quæ est sedes Dei Altissimi; Dixit autem à principio, ut ostenderet eam absque initiali, id est originali peccato conceptam fuisse. *Petr. Galatinus lib.* 7. *de arcanis cap.* 18.

(106) Quid dicam pauper ingenio, cum de te quidquam dicam, minor laus est, quam dignitas tua meretur? Si cœlum te vocem, amplius es. *D. August.*

(107) Empyreum, quam citò factum est, statim dispositum est, ornatum est, quod non alii Cœli; sic Virgo Maria in gratia, & sanctificatione. *Albert. Magn.*

Per Cœlum intelligi potest anima Virginis, quam Deus Pater simul cum Filio, & Spiritu Sancto, absque ulla corruptione, aut macula fabricavit. *Bustos in Marial. Serm.* 2. *de Conc.*

(108) Altior Cœlo est. *D. August. Serm.* 2. *de Assumpt.*

(109) Jubar splendidissimum, & gloriosum. *Isidor. Thessalon. Orat. de nat. B.M.V.*

Jubar clarissimum, ex quo Sol justitiæ Christus Deus noster ortus est. *Ludov. Blosius in Endolegia* 1.

(110) Hæc homini perdito redemptionem adduxit. *D. Aug. Ibid.*

(111) Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fæderis inter me, & inter terram. *Genesis cap.* 9.

(112)

Quæ ſors! Ipſe tui ſolii ſi limen adirem.
Quanta foret, primum poſſe ſubire gradum!
Maieſtas, & amor ſimul hac in ſede niteſcunt.
Oh me felicem, ſi famularer ibi!
Rex Cœli, terræque tibi dedit (112) omnia poſſe,
Ut Pater, ut Sponſus, Filius inde tuus.
Uſque meo reſonet tua laus in pectore, ſicut
Illa tui Geniti ſemper (113) in ore meo.
Ah mihi, Diva, tuum mihi proſit amabile (114) nomen,
Cumque tui Geniti ſemper anhelo tuum.
Corde meo maneant hæc dulcia nomina ſemper,
Semper ad uſque necis tempus in ore ſonent.
Invocet os, animus, mens totaque nomen utrumque;
Ad ſuperos ah' me ducat utrumque choros.
Quid MARIÆ hoc nomen (115) differt à nomine JESU?
Si verè eſt impar, æquivalere (116) poteſt;
Nam Patris Æterni comprendit gloria JESUM,
Attamen in MARIA gloria Prolis adeſt.
In MARIAM Patris, ac Geniti ſic gloria vênit,
Quod non accideret, ni ſine labe foret.

No-

(112) Data eſt tibi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra. *D. Petr. Damian. Serm. de nativit. Deip. ad Cant.* 4.

(113) Semper laus ejus in ore meo. *Pſal.* 33. 1.

(114) Non eſt in ullo alio nomine, poſt nomen ſuperbenedicti Filii tui, tam potens adjutorium, nec eſt ullum aliud nomen, datum ſub Cœlo hominibus, poſt dulce nomen Jeſu, ex quo tanta ſalus hominibus refundatur: quia ſuper omnia Sanctorum nomina, reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, ungit agoniſtas, & jugum diaboli extrudit. *Idiota in lib. Opus plenum de B. V. part.* 4. *cap.* 1.

(115) Manifeſtum eſt individuam eſſe Matris Mariæ, & Chriſti filii gloriam, & commune eſſe utriuſque præconium. *Arnold. Carnotenſis.*

(116) In nomine Mariæ, ſicut in nomine Jeſu omne genuflectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod ſicut Jeſus eſt in gloria Patris, ita Maria eſt in gloria Filii. *Idiota lib. de Contempl.* Deip. *Et idem ex libro, cui titulus: Opus plenum de B. V. part.*4. *cap.* 1. Tanta eſt virtus tui ſanctiſſimi nominis, ò ſemper benedicta Virgo Maria, quod mirabiliter emollit, & penetrat duritiem cordis humani: ideò ſcribitur: Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta mentis. Sic etiam dicere tibi poſſumus: Lucerna Domini, id eſt Maria, quæ Illuminatrix, & Domina interpretatur, ſpiraculum hominis; quia peccator per te reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ: quæ inveſtigat, id eſt inveſtigare facit omnia ſecreta mentis, id eſt abſcondita cordis. *Floruit hic Auctor circa annum* 1481. *& ejus verum nomen erat: Raymundus Iordanus Abbas Cellenſis Ord. S. Benedicti, ut conſtat ex lib. Alloquia Amatoria ad B. V.*

(117)

Nomina cuncta tenet sibi subdita nomen (117) JESU,
Cui nomen MARIÆ se sociare (118) meret;
In mala nam lapsi, vel jam sub agone jacentes
Semper in auxilium nomen utrumque vocant.
Si decet omne genu curvari (119) ad nomen JESU,
Curuari ad MARIÆ nomen & (120) omne decet.
Cœlum igitur, tellus, erebus venerentur utrumque.
Est Deus ille, sed est Filius; ista Parens. (121)
Nec magis obstupeas, Natura, (122) at læta fatere,
Gratia quod fecit, non opus esse tuum.
Te licet arcanum latuit, tibi profuit inde,
Nam tua per MARIAM venit ab axe salus.
O' opus, ò Opifex! Sic dicere grata teneris:
Immaculata, Parens alma, creata fuit.
Ast ait illa: Stupor procul i: Jam (123) cedo. MARIA
Haud meus est fructus, vis aliena dedit;
Non ego Divinam feci, sed Gratia, Matrem,
Quam sibi connexam tradidit inde mihi.
Gratia iq victrix, victrix intacta MARIA.
Clamemus Salve, (124) si Paranymphus Ave.

CAN-

(117) Magnificasti super omne nomen sanctum tuum. *Psal.* 137. 3.

Nomen, quod est super omne nomen. *Ad Philip.* 2. 3.

(118) Hoc etiam competit tantæ Imperatrici, quæ reverà Domina est cœlestium, terrestrium, & infernorum, Domina, inquam, hominum, Domina Angelorum, Domina dæmonum. *D. Bonavent. in Specul.*

(119) Mihi curvabitur omne genu. *Isai.* 45. 24.

(120) Christus Dominus, Maria Domina; constituta quippe est super omnem creaturam, & quicumque Jesu curvat genu, Matri quoque pronus supplicat. *Arnold. Carnotens. de Laud. Virg.*

(121) Considera natam Dei Genitricem, & non miraberis sine macula Conceptionem. Magna sunt, quæ dicuntur, sed vera, sed sancta, sed Genitricem Dei decentia, cujus Conceptionem prævenit Gratia, & hinc miratur natura. *Trithem. Abb. cap. 7. de Laud. S. Annæ.*

(122) Quod Natura Gratiæ cedit, ac tremula stat, progredi non sustinens. Quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix, & Virgo ex Anna oriretur, natura Gratia fætum antevertere minimè ausa est. Verum tantisper expectavit, dum Gratia fructum suum produxisset. *S. Joan. Damasc. Orat. 1. de nativit. B. M. V.*

(123) Natura voluit in Conceptione Virginis Gratiæ cedere, ut Virginis Conceptio Gratiæ Dei, non viribus naturæ tribueretur. *Idem Damasc. ibid.*

Miraculum omnium miraculorum maximum. *Idem Orat. 1. & tract. 2. de nativit. Virg.*

(124) Salve Regina Mater Misericordiæ. *Secund. Eccl.*

Ave gratia plena. *Per Angelum.*

CANTICUM VIII.

Quid magis eloquii? Satis est: Elementa loquantur,
Signaque, quæ toto clarius Orbe patent.
Nomen ad immunis Conceptus terra quievit,
Ignis abit, profunt aera, cedit aqua.
Hispani (1) Mariana Duces miracula narrent,
Virgoque credentes quàm fovet alma suos.

(1) Reperlo Holachium victoriæ securum cum Bommelianis consultasse de captivis Hispanis apud eos deponendis: sed Bommelianis tantam veteranorum militum multitudinem solis accipere metuentibus, illum misisse Gorcomium, & Dordrechtum expeditos nuncios, qui de captivis per ea loca distribuendis agitarent. Neque inania moliebatur, nisi aliquid prorsus admirabile intercessisset. Miles Hispanus dum ante contubernium, quod Empleni Templo additum erat, terram ad munimentum fodit; primos inter ictus tabulam detegit. Extracta, videt in ea coloribus expressam conceptæ Dei Genitricis effigiem. Accurritur à contubernalibus, velut ad effossum thesaurum. Advolat Tribunus ipse Bobadilha, mirantur operis novitatem, & tamquam recens inductos colores omnes sibi certo persuadent, non sine Dei numine eo loci, eo temporis, namque instabat pervigilium Marianæ Conceptionis, cœlestem imaginem inter extrema laborantibus apparuisse. Igitur supplicantium ritu illam in Templum inferunt, atque inter legionum signa collocatam proni omnes adorant: precanturque exercituum Matrem, uti volens milites suos ex iis elementorum, hostiumque insidiis ipsa, quæ una posset, eriperet: tenere jam se vicinæ liberationis pignus, imaginem ejus, tam non opinantibus, quàm egentibus clementer oblatam, pergeret, absolveretque beneficium suum, spondere interim se, quos in libertatem asseruisset, ejus se nomini mancipatos in perpetuum fore. Nec frustrà imploratum est auxilium, ut mox subjiciam: nec in immemores collatum esse ipsi commostrarunt. Nam paucis post acceptum beneficium diebus, procurante Bobadilla, conflata horum societas est, qui se Milites Virginis Immaculatæ Conceptæ appellari voluere. Et verò digna res fuit, quam non sine aliqua gratæ in Virginem significatione pietatis audirent posteri. Nam quum maximè obsessos fame consumeret, simul hyemis rigor extingueret, simul eluvionum incrementa submergerent: quum in omnium desperatione rerum una Dei Matris spes miseros non desereret: cæterum ubique mors, atque hostis occurreret; nocte, quæ sacrum Virginei Conceptus antecessit diem, ventus adeò vehemens, ac præter modum frigidus invaluit; ut aquas, quæ per campos altè stagnaverant, partim dispulerit, partim glacie acutissimè adstrinxerit. Unde Holachiani, aliique è vicinis Hollandiæ locis exultantius advecti ad trahendum, uti ajebant, rete, quo inclusos Hispanos fama vulgaverat; metu, ne gelu comprehensis, implexisque navigiis ipsi inter eos campos hærere, velut obsessi, cogerentur, sollicitatis in Mosam remis, periculo se se imminenti subtraxere: magno utique dolore, itaque Holachii sine fine lamentantis, ereptam sibi è manibus victoriam, nulla Hispanorum virtute; sed solum Dei, nimis eo quidem die se Hispanum professi, patrocinio &c. *Famian. Strada de Bello Belg. Dec. 2. l. 7. an. 1585 ... Strozzi Hist. della Concez. l. 8. cap. 3.*

Inventa effigies oh mira fidelibus armis!
Teſtis Belga ſtupens, hoſtis & ipſe feret.
Perfide quid Batave, execrande, ſuperbe putabas?
Forſan in Heſperias vincla ferenda manus?
Falleris. Illa ſtygis dudum Conceptio victrix,
Quæ ſolet Antigonos præcipitare ſuos.
Expectatam nonne ſciet tibi tollere prædam,
Flante repentino per ſua juſſa Noto?
Solvit hic obſeſſos mox puri inſtantis ad inſtar?
Ne obſeſſus maneas, tu fugitivus abis.
Altera teſtantur Mariana at ſigna ſicambri;
Nuntiet Auſtriaci (2) Cæſaris alta domus;
Verè auguſta Domus, cui per quamplurima ſæcla
Imperium pietas inveterata dedit.
Parthenium exaltas, tu Ferdinande, Triumphum,
Parthenis at palmas auxerat antè tibi.
Jam nec dira lues, nec bella ſub auſpice tantà
Imperium poterunt dilaniare tuum
Iſta Viennenſis, Pragenſis & illa, columna
Utraque, ſunt fidei pignora certa tuæ.
Eſt opus Auſtriacæ proprium pietatis utrumque;
Hinc gratam Dominam, quæ tueatur, habes.

Cæ-

(2) Et *lib.* 9. *cap.* 21. refert citatus Strozzi, quod an. 1647, quo Suecorum exercitus Germaniam vaſtabat, Ferdinandus Tertius, Cæſar Auguſtus in Imperiali Urbe Viennenſi marmoream columnam erigi juſſit, in cujus apice pulcherrima Immaculatæ Conceptionis B. Virginis ſtatua fuit collocata, implorato ejuſdem patrocinio ſub ipſo titulo ſine labe Conceptæ. Item *in ſequenti cap.* 22. quod an. 1648. alia conſimilis, Cæſaris juſſu, erecta fuerit in Urbe Pragenſi Metropoli Boemiæ Regni causà liberationis ipſius Civitatis à Suecorum irruptione.

Et P Joan. Croiſet Societ. Jeſu in lib. linguà Gallicà, Excercices de Pietè pour tous les jours de l'annèe, mois de Decembre pag. 220. *refert, quod ſequitur.* L'an. 1647. l'Empereur Ferdinand. III. du nom fit une pareille conſecration de ſa Perſonne, & de ſes Etats à la Sainte Vierge ſous le titre de la Vierge Concuë ſans pechè; & pour rendre la memoire de ce devouëment éternelle, il ſit eriger dans la grande place de Vienne, une ſuperbe colomne enrichie d'emblemes, & de figures, qui ſont autant de ſimboles des victoires, que Marie a remportées ſur le peché. On lit ſur cette colomne l'inſcription ſuivante = Deo optimo, Maximo. Supremo Cœli, Terræque Imperatori, per quem Reges regnant. Virgini Deiparæ Immaculatæ Conceptæ, per quam Principes imperant, In Peculiarem Dominam Auſtriæ Patronam, ſingulari pietate ſuſceptæ; Se, Liberos, Populos, Exercitus, Provincias, omnia denique confidit, donat, conſecrat; & in perpetuam Rei memoriam ſtatuam hanc ex voto ponit Ferdinandus Tertius Auguſtus.

(3)

Cæsareâ, Gustàve, manû vis tollere sceptrum,
Et tû Sarmatiam (3) subdere Turca ferox?
Sed frustra. Aspirans Germanis, atque Polonis
Vos titulo Intactæ Virgo vocata domat.
Quis Granatensem, nisi (4) pura MARIA coronam
Abstulit à Mauris, Christiadisque dedit?
In veteri, temploque (5) novo Concepta triumphat;
Diruta Parthenio sub pede Luna jacet.
Virginis hic titulus (6) jam tunc Patronus Iberæ
Gentis erat, columen semper & ipse fuit.
Carolus Austriacus (7) testis; semperque triumphans,
Conceptæ effigiem nam super arma tulit.

Pii Cæ-

(3) *Et dicto lib. 9. Historia Concept. cap. 19. in fine dixerat idem Strozzi*, quòd Ladislaus Sigismondus Poloniæ Rex IV. per votum præmissum ad Immaculatam Deiparam, cujus auxilium imploraverat, victoriam obtinuit contra Osmanum Turcarum Sultanum è Regno Poloniæ expulsum post perdita plusquam centum & quinquaginta millia militum in illo bello, *ut idem refert Moreri Dict. Hist. ad verb. Ladislas Sigismond. IV.*

(4) Ferdinandus, & Elisabetha Reges Catholici Toletanum Sodalitium Immaculatæ Conceptionis erexere sub Adriano VI. Pontifice, & eosdem in obsidione Granatensi solemne emisisse votum de celebrando singulis quibusque annis Immaculato Deiparæ Conceptu. *Refert Bernardinus à Busto Serm. 9. pars 3.*

Carolus V. Imperator prædictum instauravit Sodalitium, jussitque omnem per Hispaniam propagari.

Sebast. de Navaes in suo lib. Lilium inter spinas XI. Test. Principes. §. Mariana lib. 5. cap. 18.

(5) Riconobbero i vittoriosi Monarchi la lor conquista dal patrocinio implorato della Vergine, ed entrati al possesso in Granata sciolsero il voto con edificar il Tempio promesso, in cui dedicato alla pura Concezione di Nostra Signora parvero esprimere, che avean calpestata la perfidia Maometana sotto gli auspicii e'l favore di lei, che auea fiacato il Capo al Dragone, e scossa di testa à Lucifero la Corona. Fù questo Tempio dato à Frati del Ordine di S. Girolamo, e i medesimi Re in un privilegio, che fecero à quei Religiosi, testificano d'averlo edificato per render grazie à Dio della compita vittoria, che loro diede in Granata. *Strozzi lib. 7. cap. 22.*

(6) De Sisenando Rege Hispanico sub ann. 630. grave reliquit posteris testimonium. *Concil. Tolet. 4*..... Sisenando eàdem pietate, ac studio in Deiparæ Conceptionem excepit Sindasvinus, Rex Wamba. (*Scribit D. Rodericus Hispalensis Episcopus lib. 2. cap. 21. anno 670.*) non solum hujus mysterii propugnator, sed illius solemnitatis restaurator fuit. Joannes I. Rex Aragoniæ legem tulit anno 1394, in qua severè sancitum est, ne aliquis impunè purissimo Deiparæ Conceptui auderet adversari: subscripsit, qui sceptro successit, Martinus. Idem statuit sub ann. 1451. Joannes Rex Navarræ, cum pro Alphonso II. Aragoniæ Regno assideret, in Comitiis Cathalauniæ. *Dictus Sebat. de Novaes ibidem XI. Test.*

(7) Qual poi fosse la divozione dell' Imperador Carlo V. al nostro mysterio, e qual fiducia avesse egli riposta nel patrocinio della Virgine Concetta in grazia; oltre alla già detta Confraternità, lo mostran bene le armi, di cui vestivasi in guerra (*Militia Concept. verb. Carolus V. Maracci in Cæsar. Marian. pag. 33. Gil Gonzalez de Avila in Mem. ad Philip. IV.*) peroche non men che dodeci se ne veggono

Cæſar erat. Vènit, vidit, vicitque: fugati
Sunt Thraces; Gallus, ſaxoque vincla ferunt.
Carolus ipſe tamen quidni omnia prælia vincet,
Virginis, ac fidei (8) ſi gerit arma ſimul?
Cæſar age, infidis infer pia gentibus arma.
Extrà dux MARIA eſt, intus at alma fides.
Sic lorica duplex eſt Cæſaris, intus, & extrà:
Militat hinc Virgo, militat inde fides.
Sed neque temporibus veteris certaminis unquam
Inclyta diverſâ Gallia mente fuit.
Sic alios inter cœtus Divina docentes
Primus (9) defenſor Virginis ille fuit.
Hinc illud, reor, Imperium niſi Virgo juvaret,
Sit licet armipotens, ſors ſua nulla foret.
Diligo Mater ego quiſquis me diligit, inquit, (10)
Alma ſub obſcuro nomine Chriſtipara.

Fran-

gono nell'Armeria di Madrid, che hanno nel petto l'Immagine dell'Immaculata Concezione: Ciò che fù quaſi un publico manifeſto di quel gran Principe à teſtificar à tutto il Mondo la credenza, che egli avea di queſta gran prerogativa della Vergine, cui portava altamente ſcolpita nel cuore, ed inſieme à paleſare che ella era lo ſcudo, da cui ſtimava difeſa la ſua vita nelle battaglie, e la vera fortuna, da cui riconoſceva la proſperità delle ſue impreſe, e'l conſeguimento delle vittorie. *Idem Strozzi dict. lib. 7. cap. 22.*

(8) Induit loricam fidei. *Ad Theſſal. 1. cap. 5. 8.*

Induit eum Dominus loricam fidei. *Eccl. in Off. de Comm. Conf.*

(9) Ne in univerſitate contra immunitatem Virgine Mariæ à peccato originali in poſterum aliquid in Cathedris edoceretur, aut in concluſionibus propugnaretur. *Joannes Baconus illius temporis ſcriptor (anno 1330) in 4. diſt. 2. q. 4 art. 3. à quo Chriſtophorus de Vega, Paleſtra 3. certam. 20. pag. 133. .... Alva in Militia. verb. Univerſitas Pariſienſis.*

Et refert præfatus Strozzi lib. 5. cap. 4. & ait: Queſto fù il primo paſſo, che fece in favore della Sentenza pia la Facoltà Teologica di Parigi, la quale, come prima di ogni altra nell'antichità, coſi fù ancora la prima, che alzò bandiera publica, e ſi paleſò al mondo quaſi un gran Baluardo à difendere la Grazia Originale della Madre di Dio da ſuoi impugnatori. Ne qui ſi tenne, poſciache ella diede nel 1398 un reſcritto per la Immaculata Concezione, e finalmente nel 1496 ne ſpedì un'altro, in cui determinò = *Incipit hoc reſcriptum : Univerſis Orthodoxæ Fidei zelatoribus. Statuentes, ut nemo deinceps ſacro huic noſtro Collegio adſcribatur, niſi hujus Religioſæ Doctrinæ aſſertorem, ſtrenuumque propugnatorem ſemper pro viribus futurum ſimili juramento profiteatur.... Quod ſi quis ex noſtris (quod abſit) ad hoſtes Virginis tranſfuga contrariæ aſſertionis; quam falſam, impiam, erroneam judicamus, ſpreta non noſtrâ tantum, ſed Synodi, & Eccleſiæ &c.* Sequuntur pœnæ. Extat in Archivio Univerſit. Pariſien. Expeditum anno 1496... *Item quod tenebitis determinationem facultatis de Conceptione Immaculata Virginis Mariæ, videlicèt, quod in ſua Conceptione præſervata fuit ab originali labe.* In formula juramenti num. 4. & 5.

(10) Ego diligentes me diligo. *Proverb. cap. 8. 17.*

(11)

Franca fides prior arma tulit pro Matris honore,
Cur non Francigenis & foret illa favens?
Nonne amor alterius par compensatio amoris?
Emeritum Regnum Parthenis ergo beat.
Regnum ut liligerum spineta armata repellat,
Lilii (11) inoffensi sufficit umbra potens.
Mutuus iste tamen Francorum pectore Regum
E' magis antiquo tempore vènit amor.
Nunquam oblita suos Virgo patrona clientes,
Rebus in extremis tendit amica manus.
Augustus (12) medio in conflictu en ille Philipus,
Præcipitatus equo, Virginis orat opem.

Ad-

(11) Sicut lilium inter spinas. *Cant. cap.* 2. 2.

(12) Philippus Augustus ad Bovinas victor ope Beatæ Virginis. *Ut refert Joan. Commirius è Societ. Jesu in suo poemate, cui tit. Ara Druidum Virgini paritura sacra lib.* 1. *Carminum.*

Si era il Rè Giovanni reso esoso a'suoi Inglesi con la fierezza, massime contro degli Ecclesiastici, molti di loro spogliando delle rendite, altri cacciando dalle proprie Sedi, oltre l'esorbitanti contribuzioni a tutto il Regno: Sordo agli ammonimenti paterni, sforzò Papa Innocenzo Terzo a vibrar contro lui le Censure Appostoliche, & assolvere li sudditi dal giuramento. Quindi gran parte de' Grandi del Regno armarsi contro di lui, con tal vigore, che in più cimenti restò egli al di sotto: Arrivarono gl'Inglesi à tal segno, che, negata l'ubbidienza al Rè Giovanni, chiamarono Filippo Rè di Francia ad esser loro Sovrano. Accettò questi l'invito; e messa insieme una formidabile Armata per Mare, & un Esercito per terra, entrò tantosto nella Fiandra ad abbattere Ferrando Conte di essa, & alleato del Rè Giovanni, si come il furono Ottone IV. Imperadore, Arrigo Duca del Brabante, & altri, che di mal'occhio miravano i tanti progressi del Rè Filippo. In brieve gli alleati del Rè Giovanni si trovarono avere sotto le Insegne, cento mila Fanti, oltre un gran numero di Cavalleria. Con questo apparato gli alleati, altieri per la speranza si accamparono a Bovines, piccolo Borgo di Fiandra vicino a Tornay. Quà pure marciò con le sue genti, assai minori di numero, non di coraggio, il Rè Filippo. Dicono, che egli prima d'uscir in campo, presa la Corona, e lo Scettro, e postala sù l'Altare, pregò li suoi Grandi a darla ad un Personaggio di sè più degno. Ma tutti ad una voce gridarono, di non voler altro Rè, che lui medesimo; Andò dunque Filippo alla battaglia, che segui alli 27. de Luglio del 1214. Grand' era il premio del vincitore, cioè il Regno dell'Inghilterra: Giovanni non volea perderlo; e Filippo era vago di guadagnarlo. Pari dunque al premio fù l'ardore ne'combattenti. Al Rè Filippo fù ucciso sotto il Cavallo: Ottone Imperadore ebbe a restar prigionero: preso restò Ferrando Conte di Fiandra, e condotto a Parigi, secondo la promessa fattagli da un'Astrologo con dirgli, Ch'egli con giubilo de'Francesi entrerebbe in Parigi. Così anco Rinaldo Conte di Bologna, & molti altri Signori furono fatti prigioni: L'Esercito de'collegati sconfitto, e disperso. In memoria di così insigne vittoria, il Rè Filippo fondò dapoi la Badia di Nostra Donna della Vittoria presso a Senlis. (An. 1222.)

Mappamondo istorico del P. *Antonio Foresti Tom. 4. lib. 6. cui titulus I Rè di Francia in cap. Filippo Secondo, l'Augusto, & il Diodato Rè XXXIX.*

Enfin le Roy voulant rendre à Dieu l'hon-

Adfuit ipsa: manum protendit & illicò lapso;
 Surgit hic instaurans prælia, victor abit.
Erigit & MARIÆ, *Victoria* nomine, templum,
 Gratia perpetuò quo celebranda foret.
Rex tamen alter adest, (13) & aviti nominis hæres,
 Qui sua Parthenio detulit arma tholo.
Contemta hìc bellum pro majestate gerebat;
 Perfidus infracto, fædere Belga venit:
Virgine Francigenis ast adnitente, Rebelles
 Marte cadunt, Ductor (14) fædifragusque perit.
Ut stabile in votum, nunc temporis extat in æde
 Virgineâ effigies (15) Regis equestris adhuc.
Argumenta suæ Fidei sed postea Justus,
 Diva, tibi Lodoix (16) uberiora dedit;
Te Dominam confessus enim, tibi sceptra reponens
 Servitio adstrinxit, seque; suosque tuo;
Sancitum quod lege fuit, cui Filius hæres
 Nominis, & regni vim tulit inde novam.
Pugnantes clypeum si deinde ostensit in hostes,
 Virgo suo inflammans pectora Franca foco,

Præ-

l'honneur de ce grand évenement, dont il lui etoit redevable, bâtit, & fonda l'Abbaye de la Victoire proche de Senlis, laquelle porte encore aujourd'hui ce nom. *Histoire de France par le P.G. Daniel Tom. 4. Philippe Auguste an.* 1214 *pag.* 561.

(13) *Philipus Valesius an.* 1328. Prese l'arme à difesa del Conte di Fiandra, posto in carcere de suoi Fiandresi ribelli, venne con essi à giornata presso à Moncasello, dove poco mancò, che il Rè non restasse prigione. Morirono de ribelli più di dodici milla, de Francesi appena diciassette. Il Rè allegro per la vittoria, se n'andò subito, armato qual'era, alla Basilica di Nostra Donna, cui fece dono del cavallo, e dell'arme. E vedesi tuttavia l'immagine di marmo di esso Rè in quella Chiesa, come memoriale eterno di questa vittoria, e della pietà di esso Principe. *Mappamondo istorico Tom.4. ut supra in cap. Filippo Sesto, detto di Valois, & il Fortunato Rè XLVII, e primo Rè della stirpe Valesia.*

(14) Nicolaus Zannequinus, vulgo Colin Zannec, *ut refert P. Daniel dict. Histoire de France Tom. 6. cap. Philippe VI. dit. de Valois.*

(15) Visitur adhuc Philippi statua equestris Parisiis in æde B. Mariæ, *ut notat P. Commirius dict. Poemate.*

(16) Ludovicus XIII. Regni sui Patronam ritu solemni agnoscit B. Virginem anno 1638. *ut notat dict. P. Commirius.*

Esimio fù il suo affetto, e riverenza alla Gran Madre di Dio: alla quale nel Di festivo del suo ingresso alla Gloria Celeste, fece solenne oblazione del suo Reame, ponendolo sotto la protezione di quella eccelsa Reina. Ne tardò molto à riceverne buona ricompensa nella persona d'un figliuolino, il quale, per essere nato dopo venti trè anni di talamo sterile, fù detto comunemente da popoli *A Deo dato.* Questi è il Regnante Luigi XIV. frà i Rè Francesi sessantesimo secondo. *Mappamond. Istor. Foresti. Tom. 4. ut supra in cap. Luigi XIII. il Giusto Rè LXI.*

(17)

Prælia quid mirum tot Rex ſuperaſſet uterque,
    Vulſaque liligero ſemina prava ſolo?
Te, magne ò Lodoix, hoc nomine prædicat Orbis:
    Proccubuere hoſtes, Hæreſis (17) occubuit.
Si tua Chriſtiparæ incendit (18) nova thura triumpho
    Relligio, lauros auxit & illa tuas;
Auxit & imperium Conceptæ nomine puræ,
    Extenſum cultum te cupiente ſuum.
Felix ò Princeps, felix, ſub Parthenis umbrâ
    Bella gerens, tua quæ debita jura petunt!
Divinæ tam ſæpe manus ceſſare flagella
    Quis, niſi Conceptæ nomine Virgo facit?
Nec minus hoc morbos titulo, & contagia vincit,
    Quam pro Devotis bella cruenta ſuis.
Nonne Panormo olim, pariterque Neapolis urbe
    Pulſa furens peſtis per pia vota fuit?
Nonne in Conceptæ ſine crimine Matris honorem
    E' Toletanis (20) fùgit & ipſa plagis?
Firmato à Patribus Baſileæ dogmate puri
    Conceptus, MARIÆ gens (21) ea ſenſit opem:
Ver-

(17) Hæretici fuere ejecti è totius Galliæ Regno, ejuſque dominiis per abolitionem celebris Edicti Nannetenſis præceptam à Rege Ludovico XIV. Magno nuncupato, anno Dom. 1685. *Ut ab Hiſtoriis omnibus temporis illius refertur.*

(18) *P. Joan. Croiſſet lib. lingua Gallicâ ſub titulo = Excercices de Pieté pour tous les jours de l'année, mois de Decembre, refert, quod ſequitur* = Le Roi de France Louis le Grand, l'admiration, & le miracle de ſon ſiecle, non content d'avoir renouvellé par une declaration l'an 1650. la conſecration ſolemnélle, que le feu Roi ſon Pere Louis XIII. avoit fait da ſa perſonne, de ſa famille Royale, & de ſon Royaume a la Sainte Vierge en 1637. voulut encore ſignaler ſa pieté envers la même Vierge en obtenant du Pape Clement IX. une Octave de la féte de l'Immaculée Conception; & l'on à remarquè, que depuis, le regne de ce Grand Prince n'a été, qu'une continuité de proſperités, & de merveilles. *Dict. lib. pag.* 230.

(19) Graſſabatur peſtis in Urbe Panormitana anno 1624, ac repentè ceſſavit poſt votum ab ipſa Urbe factum jurandi, credendi, nec non & defendendi immaculatam Beatæ Mariæ Virginis Conceptionem, & anno 1656 etiam graſſabatur Regno in Neapolitano, ac præcipuè in Urbe Neapolis, ubi poſt conſimile votum actum die 26 Julii peſtis ceſſavit, *ut refert Strozzi lib.* 8. *cap.* 20.

(20) Imperverſando una crudel peſtilenza in tutto il Regno di Caſtiglia, e principalmente nella Città di Toledo, andò la Confraternità (*ſub titulo Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis*) in proceſſione alla Chieſa di Noſtra Signora della Neve fuori delle mura a porgerle preghiere, e voti, affinche ſi degnaſſe di liberar la Città da quel flagello, ſotto cui periva, e miracoloſamente da quel giorno, che fù il 17. Luglio del 1507. la peſtilenza ceſſò. *Sic refert Strozzi lib.* 7. *cap.* 22.

(21) Queſto Decreto ſi fermò nella trenteſima ſeſta ſeſſione tenuta à 17 Settembre

Verbere ſub peſtis regio tunc illa gemebat,
Dogma ſed expoſitum fecit abire flagrum.
O' res mira! Licet conventus acephalus eſſet,
Cedat ut ira Dei, gloria Matris agit.
Quid mage? Aragoniam (22) peſtis vaſtabat, & Oſcam,
Sed fugat acceptum dogma repente luem.
O'

tembre del 1439..... Gran diſaventura, che quel Concilio, quando ſtabilò, e promulgò ſi gran decreto, non foſſe legitimo. Onde non hà avuta la validità di diffinizione Synodale: Ma gran tratto della Providenza Divina! Ella non lo volle pronunciato da quel Synodo prima, che diveniſſe Acefalo, come per altro potevaſi; peroche avanti la partenza de Legati Apoſtolici s'eran compite tutte le diſpute, le allegazioni, e gli atti tenuti ad eſaminar ſi gran cauſa. Cio fù, à mio credere, affinche rinovataſi la controverſia; queſta ſeguiſſe a ſervir di macchina per dar tutta quella eſaltazione al myſterio, che ſi gli é aggionta ne due ſecoli, e mezzo traſcorſi da quel tempo fino ad oggi.

Pure ove mancò allora l'autorità del Concilio, pare ſupplì con la ſua maraviglioſamente il Cielo. Quel decreto potè dirſi concepito ſenza peccato originale, e fù quaſi organizato ne gl'atti, che lo precederono, da un Synodo legittimo; promulgato poſcia in tempo, che non era autentico, parve nato impuro, e quaſi in peccato, peròche da Padri allora infetti. Volle però, come piamente può cerderſi, la Regina del Cielo dichiararlo per altra via innocente, & a ſe grato. Racconta lo Spondano, e prima di lui Gio di Segovia teſtimonio di veduta (*Spondan. ad an.* 1439. *Joan. de Segovia in tract. de mirac. qui eſt poſt alleg. pag.* 539.) che incrudelindo fieriſſimamente la peſte in Baſilea, nel giorno iſteſſo, in cui ſi promulgò il decreto immediantemente ceſſò in tutta la Città. Dal che ſi diſſe aver la Vergine con quel ſegno prodigioſo voluto dichiarare, che nella ſua Conceſſione ceſſò la peſte del peccato originale, la quale auea ſin'allora col ſuo contagio infettato tutto il genere umano.

Il medeſimo parve, che ella confermò con ſimile, o grazia, o miracolo nel principal convento de Cluniaceſi; Giunſe co là una delle moltiſſime Bolle, ſpedite dal Synodo con la diffinizione, e col decreto gia detto in diverſe parti della Chriſtianità, e vi fù ricevuta in tempo, che erano in quel Moniſtero inferme di peſte, trà Religioſi, ad altri domeſtici da trenta perſone; Toſto (*Joan. de Segov. ibidem*) che l'ebbero quei divoti Monaci, fecero una proceſſione in rendimento di Grazie a Dio per tal diffinizione fatta nel Concilio a perpetua lode della Vergine Glorioſa. Dopo cui tutti gl'infermi, ch'erano nel Moniſtero, ricuperarono la ſalute, e per quel anno ceſſò affatto la peſſe in quel Convento. L'attribuirono eſſi à favore ſpeciale della Vergine, in gradimento della diſmonſtrazione da lor fatta; e perche l'evento parve aſſai notabile, ne diedero con lettere notizia ad alcuni de Prelati, i quali lo riferirono in una General Congregazione del Synodo. *Sic refert Hiſtoria Strozzi lib. 6. cap.* 10.

(22) Con un ſimile beneficio moſtrò la Vergine il ſuo gradimento nella Città di Oſca in Aragona. Inſeriva co là (*In Regeſto Seraphico ad ann.* 1440. *pag.* 327.) una gran peſtilenza, e le continue morti le minacciavano l'ultima deſolazione. Riuſcendo inutile ogni rimedio, e prouvedimento umano contro il furore del Contagio, ſi rivolſe quel Publico ad implorare il ſoccorſo Divino. Eraſi promulgato di freſco nel Regno di Aragona il Decreto di Baſilea, e vi era gionta la fama della peſte, ad ivi, ed'altrove ſopita per interceſſione della Vergine, onorata à titolo della ſua pura Concezione. Animati da viva ſperanza il Magiſtrato, e'il Capitolo de Canonici, ſi promiſero dalla benignità della Reina del Cielo una grazia ſimiliante, per mezzo di qualche publico oſſequio

O' quantum tu dogma potes! Res vera probatur.
Tu flagra Divinæ sistis ubique manus.
Concilii illius licet absona plura fuere,
Dogma Deo placitum talia signa probant.
Ille etenim Lodoix (23) fuerat qui strenuus Atlas
Concilii, rerum pondus, & omne tulit,
Gratus nonne Deo scamnis residere Beatis
Dein meruit, Clemens cui sacra thura dedit.

Q Un

sequio portole sotto il medesimo titolo. Obbligorono perciò con voto e se, e la Città tutta all'osservanza di un rigoroso digiuno nella Vigilia della Concezione, e vietarono per quel di ogni vendita di carni ne macelli. Nè andò loro fallita la fiducia. Adempito nella vigilia il voto, sperimentaroro incontanente la benificenza della loro onorata Signora; posciachè nel dì seguente alla festa cessò con maraviglia d'ognuno il contagio, e daquel giorno non più morì veruno di quel malore. Ciò gli accese di più viva divozione al mysterio; ond'è che di là ad alcuni anni rinovarono il voto, ed ordinarono di vantaggio, che si facesse ogn'anno una publica procesfine di tutto il Clero con l'intervento de primarii della Città alla Chiesa di S. Francesco, ove singularmente se ne celebrava la festa, à protestar con quell'atto solenne la credenza, che aveano dell'Immaculata Concezione, ed implorar dalla Madre di Dio la continuazione del suo patrocinio. *Sic refert præfatus Strozzi lib.6. cap.* 10.

(23) Perche sotto la presidenza di questo (*Ludovicus Cardinalis Alemanus*) si fece il decreto, di cui poscia diremo, in favore della Concezione Immaculata, e da lui furon promossi, e regolati gl'atti riferiti che prima si tennero per la nostra controversia, devo dar di lui qualche brieve contezza. Fù egli Borgognone di Nazione, Vescovo di Arles, e Cardinal Prete di S. Cecilia. Uomo per le legazioni Apostoliche, e per le azioni illustri, come anche per la pietà, ed austerità della vita, congionte alla dotrina, molto riguardevole: Ma la tropo facile credenza, cui prestò à Calunniatori d'Eugenio, e'l zelo non secondo la scienza di sostener l'autorità del Concilio, cui credea legitimo, e superiore alla podestà Pontificia, l'impegnò nello scisma. Lo sostenne con tal fermezza d'animo, che sopragionta la peste in Basilea, ed'uscendone molti Prelati per isfugir il contagio, non lasciò mai indursi per molte istanze, che se gli fecero à cavarne fuora il piede; nè bastò à farnelo retirare la morte istessa, che entratagli in Casa in alcuni de suoi domestici gli mostrò da presso il viso: risoluto anzi di salvare col rischio della sua vita il Concilio, il quale senza lui prevedeva doversi presto dissolvere, che col pericolo di perdere il Concilio salvar la sua vita. Infelice costanza! degna di sostener con gloria la causa giusta, non di oppugnarla col biasimo di un erroneo, e pertinace giudizio. Pure convien credere, che egli alla fine cancellò l'errore con la penitenza. Ciò, che dimostra la santa morte, con cui chiuse la vita, ed i miracoli, con cui Dio lo illustrò dopo le ceneri. Onde è (*Spondanus ad ann.*1438. *num. XI. ex Enea Silvio ex constitutione in addit. ad Ciacconium, & ex Hist. Eccl. Arelatensis Petri Saxii.*) che Clemente Settimo vero Pontefice nel 1527 lo ripose frà Beati insieme con Pietro di Lucemborgo, che vivuto anche egli nello scisma sotto Clemente Settimo Antipapa, pur fiori di singolari virtù, e fù illustre per gloria di miracoli, non senza singolar lode della Sede Apostolica, che posposte al merito della santità le sue offese non si ritenne di esaltar con publici onori ne suoi altari Pietro, che avea seguito un falso Pontefice nello scisma, e Ludovico, che in uno Scismatico Concilio ne avea deposto un vero. *Strozzi lib. 6. cap. 9.*

(24)

Unde quid inferri poterit, niſi peſte Tonantem
